

nec relinquet malū ipunitū. vnde  
abbat. **Let ret. abuet abundanter.**  
penas infligendo pro quolibet pec-  
cato mortali. **facientibus supbia.**  
quia in quolibet peccato mortali ē  
superbia a contemptus dei.

**Cassio.** Vnde h supbiam nō  
accipe sed potius p cūctis vicis.  
qm̄ ex supbia nascitur quicq̄ mo-  
tum prauitate peccatur. Deinde se-  
quitur exhortatio bonoz ne se a re-  
cto proposito carnis imbecillitate s̄b-  
ducant. vnde dicit. **Viriliter agi-  
te.** v̄m bonis operibus cōstātissimē  
perdurate ne feminea mollicie defi-  
ciatis qui corda vestra dño cōstan-  
ter offertis. Vnde dicit. **et conforte-  
tur cor v̄strū.** hoc at̄ preceptū viris  
feminisq̄ concessū cōe est. viriliter  
enī oīs sexus agit: qui nescit mol-  
lissimis facilitatibus immutari.

**Nicolaus.** Et in fine v̄du-  
bit oēs dicēs  
Loēs qui speratis in dño. Spe debi-  
ta que est certa expectatio future  
beatitudinis ex gratia et meritis p-  
ueniens.

**Cassio.** pacta est iaz  
magni ps̄ sa-  
lubris a decora contexio. vbi a in-  
firmitas humanitatis exprimit̄.  
a beneficia diuina monstrantur.  
vt vnusquisq̄ considerans fragili-  
tatem suam non superbiat a respici-  
ens miā diuinā n̄ expauescat.

**Collect.** Verba igit̄ fratres  
kmi que in hoc psal-  
mo audistis: in corde vestro descri-  
bite in vobis transformate in his  
deū laudate. a si psalmus orat: o

rate. si gemit gemitē. a si timz tinte-  
te. speculū enī peregrinantū est in  
hac vita in quo p̄pha hortat̄ oēs  
diligere deū. p̄seuerare cōstanter i  
bono proposito a sperare in dño que  
supplices deprecemur vt nostris infu-  
det mentibus curam se diligendi.  
detq̄ nobis fortitudinem contra  
hostiū insidias a tēptationes viri-  
liter decertandi. quatinus calcatis  
contēptisq̄ secularibus spem nr̄az  
in ip̄o figentes valeamus ad illā  
dulcedinē peruenire quā in celesti  
patria suis electis preparauit: a ab-  
scondit dñs n̄ ihs x̄ps cui est ho-  
nor a gl̄a in secula seculoz Amen.

## Psalmus xxxi.

**B** **Eati quorum**  
Titulus talis est. **Intelle-  
ctus dauid.** **Cassio.**

Cum generaliter omēs psal. dicti  
sunt ad intellectū: vt eos sensus  
noster agnosceret: ne viuendi re-  
gulas ignoraret. Merito querēdū  
videtur cur in hoc titulo posuerit  
intellectus dauid. Primo memit  
dauid p̄pter dñm x̄pm qm̄ ad ip̄z  
respicit quicq̄ penitens iste dictu-  
tus est. deinde intellectus i deo sequi-  
tur. quia nisi misericordia dñi suf-  
fragante peccata nostra intellexe-  
rimus ad penitentie studium per-  
uenire non possumus. **In** alio  
quippe psalmo dictum est. **Deli-  
cta quis intelligit.** **Hoc** enim  
quod dicit intellectus. vt cur nos  
intelligere diuinitas prestiterit.

R. in.

peccata nostra pro eis diuendis  
studiosissime supplicemus. Non ei  
pro illo errore quis supplicat que  
procius **August.** Primo in  
ignorat. **August.** intelligas te  
peccatorem esse. post si ceperis bo  
nū facere ne tribuas viribus tuis  
verbis te iustificans sed diuine gr  
acie ut non sit dolus in corde.

**Cassiodo.** Licet em̄ sint et  
alii penitentiuꝝ  
psal. tamen ppter subtilitatem di  
stantie diuersa tituloz sigtioē vo  
cati sunt. p̄mus enim qui sexto lo  
co psalmoꝝ ponit continet p titu  
lo. In finē in hymnis p octaua d̄d  
qm̄ ille totus ad futuri iudicij p̄ti  
neti morem. **Iste** vero tali titulo  
merito prenotatus est: qui se dete  
rioratū tardius intellexit quia pec  
cata que cōfestim prodi debuerāt  
dño. se diutius tacuisse cōfessus ē

**Glosa.** propheta ergo in p̄soā  
penitentis iniciū bonū  
p indulgentiam dei esse oñdit di.

**Nicol.** **B**eati. **I**mmorta  
les laudabiles  
a gloriosi **Nico.** Et si nondū in  
re tñ i sp̄  
fuit tales **Jeronimus** ab  
illo qui iustificat impiū. unde sb̄  
ditur. **I** quorum remisse sunt iniqui  
tates. **I**a domino per baptisimū et  
martiriū vel per confessionem.

**Nicolaus.** **H**ec remissio cul  
pe non fit nisi p  
graciam que est que baz arra glo  
rie future in qua oēs sunt beati. **a**  
quorum tecta sunt peccata. **I**. ipsi  
deo: non q̄ possit ei aliquid celari

vel tegi. sed quia nō respicit talia  
ab vltorius punienda saltē p̄ca el  
na **Gregorius** in cōmen  
to sup eze  
chiel. omel. iij. p̄cā vero tegim⁹ ai  
lona facta mal' actibus superponi  
mus. Nam qm̄ abdicam⁹ mala q̄  
fecim⁹ quasi tegimē ei rei sup duci  
mus. quā erubescimus videri. Quā  
uis em̄ sancti viri in hac vita ab  
huc sint: hñt tamen qd̄ ante dei o  
culos tegere debeant. qz oīno est i  
possibile vt aut in opere: aut in co  
gitatione nunq̄ delinquant.

**Hugo.** Octā igitur remissa  
p cōfōem teguntur  
per boni operis executionem sic qz  
by abolis non possit ea ampli⁹ le  
gere in circographo suo. nec ac cusa  
re in die iudicij punienda. vñ sub  
ditur. **B**eatus vir cui non imputa  
uit dñs p̄cā. **I**ab etna lre puniēdū

**Iero.** qd̄ tegit non videt quod  
non videtur non imputa  
tur. quod non imputatur si puni  
etur. **N**ec est in spiritu eius dol⁹.

**Nicola⁹** qz vere penitet me  
te sicut exteri⁹ ore.

**Hugo.** Dolus em̄ eēt in spū  
eius si qd̄ dolet a cōfi  
tetur emendare vtiliter non velt.  
quod inuit dominus extra ipocri  
tas a dolosos dicens math. vij.  
**E**x fructibus eorum cognoscetis  
eos. **D**enique ostendit impedin  
tum remissionis peccatorum. di  
cens **Q**uoniam tacui. **I** quia non  
sum tibi cōfessus peccatū meum  
aut ipsum abscondendo aut ipsum  
descendo. **L**iueteraue it ossa mea

**Nicola** virtutes seu vires anime mee. de se cert ex patrum contradiatione que p ossa designatur. in quibus consistit robur corporis. sicut in virtutibus a viribus anime robur mentis sequitur.

**Augusti** Quia damare; tota die la prius se tacuisse dicat. cur hic se damasse profetur. Sed tacuit confessionem. damavit presumptionem. tacuit peccata sua. damavit merita sua. Tota die listius vite perseverando in defensione peccatorum suorum.

**Jeronimus**. Tales si alii habent per vanitatem demonstrant: ut phariseus ille impius faciebat quod dicebat. deus gratias tibi ago quod non sum sicut ceteri hominum raptores. etc.

**Cassiodoro**. Memento enim quod tota virtus huius psalmi contra hoc expectabile humani generis vicij probatur opposita. ne quis domino putet absconditum. quod in conscientie sue penetrabili recondit occultum.

**Hugo**. Postea ostendit quod modo a per que ad confessionem est inductus a primo est flagellum dei. Unde dicit. Quia die ac nocte in assidue grauata est super me manus tua. quia me ad confessionem humiliare nolui. manus potentie tue me castigando humiliasti.

**Cassiodoro**. Et meriti huius Et meriti huius Castiodoro. toto grauis fuit peccatori manus domini quod a castigationis pondere non recessit. Aliter enim feliciter humiliati

tis non esset nisi eum manus diuinitatis castigaret. Unde iste sic humiliatus consequenter subiungit.

**Hugo**. Conuersus in eruna mea. ad cognoscendum etiam meam et miseriam. **Jeroni**. Idum configitur mea. spina. et dum configitur me conscientia peccati. per spinaem enim figitur stimulus conscientie peccatrici. Translatio romana habet. dum confitur **Hugo**. Secundum figitur spina. homo spina figit superbiam. quia sicut dum spina dorso que totum corpus erigit confringitur homo fit confractus sic confracta superbia homo inuatur ad humilitatem. Idem.

**Cassio**. Dum enim hec spina confringitur homo ad deum conuertitur. Ex quo sequitur confessio. de qua subiungit. Delictum meum lib est peccatum omissionis Cognitum tibi feci. per veram confessionem. Et iniusticiam meam. id est omissionis peccatum. non abscondi. sed confessus sum a patre. **Cassio**. Delictum vero tibi. quidam leue putauerunt esse peccatum quasi negligentius derelictum. Iniusticiam autem immane aliquod commissum. Sed puritas confitentis ostenditur. ut nec illud passus sit celare quod crederetur forte.

**Jeronim**. Et quia veniale. domine scio te cito remittere delicta: cum tibi fuerint integre reserata. omni delicta.

**Al**. firmis in corde proposita opere impleui. confitebor aduer b. hij.

12  
sum August. non aduersus  
me August. deum: sicut illi  
qui dicunt. de hoc voluit. neq; ad  
uersus fati. sicut illi qui dicunt fati  
meu est vel stelle me sic fecit. Co  
fitebor ergo Limiusticiam meaz do  
mino. me solum accusando.

**Nicolaus** Et tu remisisti  
quantum ad culpam et non quantum ad penam.

**Grego** quia procul dubio  
deus cum homine vindicans punit  
Dauid post confessionem audire me  
ruit a Nathan. dominus transiit  
peccatum tuum. et tamen multis  
cruciatibus afflictus est postea.  
Et licet nos vnda baptismatis a cul  
pa primi hominis abluuntur. tamen  
pena reatus videlicet carnaliter mo  
ri nobis.

**Collector** Abditque  
manet. Impietatem peccati mei. cum agimus ma  
lum vel loquimur vel cogitamus  
peccatum est. Cum autem id ipsum deo  
abscondere volumus iam non so  
lum peccatum est sed impietas patri.

**Cassiodorus** Impietas  
peccati fuit  
quia tacere decreuerat et hoc illi oc  
cultare. cui omnia antequam fiant sunt  
notissima. Die magna pietas dei  
tatis ostenditur. ut ad solam pro  
missionem deuotionis subito peccata  
relaxauerit. quando sic iudicat pi  
um votum quemadmodum operatio  
nis effectum. dixit enim in corde suo  
domino non tacere que gesserat. et  
tanquam illi cuncta prodiderit: ita illi  
remissa sunt que voluit confiteri.

**Augustin** confessio mea  
ad eos nondum  
venit. et tu remisisti. **Magister sen  
tenciarum libro quarto.** Igitur si  
ante confessionem per cordis contri  
tionem deus per seipsum sine mini  
sterio sacerdotis debitorum omnino  
relaxat. et animarum a contagio pec  
cati interius purgat. Quid ergo di  
mittit aut quid operatur sacerdos et  
hoc sane dicere et sentire possumus  
quod solus deus peccata dimittit aut  
retinet et tamen ecclesie contulit po  
testatem ligandi atque soluendi si  
aliter ipse soluit et ligat aliter ec  
clesia. Ipse enim per se tantum di  
mittit peccatum. Nam leprosum pri  
us sanitati per se restituit. deinde  
ad sacerdotes misit quorum iudi  
cio ostenderetur mundatus. ita et  
iam lazarium obtulit discipulis sol  
uendum. quia etsi aliquis apud  
deum sit solutus: non tamen in fa  
cie ecclesie solutus habetur: ni  
si per iudicium sacerdotis. In sol  
uendis igitur culpis aut retinendis  
ita operatur sacerdos euangelicus  
et iudicat. sicut olim legalis sacer  
dos in illis qui contaminati erant  
lepra que peccatum figurat.

**Jeronymus** super math.  
xvii. pro suo  
enim officio cum peccatorum vari  
etates audierit discernit quis li  
gandus aut soluendus sit.

**Augustin** Ligant quo  
que sacerdotes  
dum satisfactionem penitentiae con  
fidentibus imponunt. Soluunt quo  
que cum de ea aliquis relaxant. vel

per eam purgatis ad sacramen-  
torum comunione admittunt.  
Ex decretis de penitencia distic. v.  
in fine. Et quauis peccatum in cor-  
dis contritione a deo dimittitur.  
tamē apostoli Jacobi institucō no-  
bis sequenda est. vt confiteamur  
alterutrum peccata nostra. extra  
de penitencia a remissione. Cap. lo-  
omnis. Vnde leo papa tertius in  
consilio generali statuit dicens.

Omnis fidelis vtriusq; sexus post  
q̄ ad annos discretionis peruenē-  
rit omnia sua peccata solus semel  
in anno fideliter confiteatur pro-  
prio sacerdoti. a mundam sibi pe-  
nitenciam proprijs viribus stude-  
at ad im-

**Nicolaus** Pro-  
plere hac] ē  
missione. videlicet peccatorum Lo-  
rabit ad te omnis sanctus] a cul-  
pa perpetrata per te emundatus

**Calliodor?** Et merito q̄  
miam qui n̄  
est in peccato alienus in supplica-  
tionibus debet esse permixtus. Ad-  
diditq;. In tempore oportuno. Vi-  
delicet in mundi vita conuerti fas  
est a tēpus remissionis culpe.

**Hugo** Vnde apostolus. ij.  
ad corint. v. ait. Ecce  
nunc tempus acceptabile. s. conuer-  
tendi a peccatis a penitenciam faci-  
endi: quam consequenter cōmen-  
dat eo q̄ eius oppositum. scilicet  
dissolutio a peccatum deo displicet  
vnde dicit. **Veritamen.** Licet nūc  
sit tempus oportuno impetran-  
di remiam peccatorum. illi tamen  
qui viuunt in diluio a quarum

multarum] v̄ in multitudine pec-  
catorum] ad eum] v̄ ab deum] nō  
appropinabunt: quia non per de-  
licias sed per tribulationes corpo-  
rales venit ad deum. Deinde con-  
uertit se penitens ad deum orans  
a dicens. **Tu es** refugium meuz  
a tribulatione.] temptationis [q̄  
circumdehit me.] Cum enim homo  
ad penitentiam redit. tunc infur-  
git dyabolus contra euz sicut pha-  
rao contra filios israhel egredien-  
tes de egipto. a tunc multiplicat  
exercitus dyaboli contra eum.

**Calliodo** Propter quod  
non ab solitudi-  
nes inuias n̄ ad munita castrorū  
non ad hominis auxilia duolauit  
sed ab deum qui circūeuntes spiri-  
tales inimicos poterat dissipare.

**Hugo** Et quia refugientes  
ad deum per peniten-  
ciam: non solum securitatem aut  
tutelam in eo habent. sed etiā gau-  
dium. Deo subiungit. [Exultatio  
mea.] tu es per spem a consolatio-  
nem. non enim penitentes tantum  
affliguntur onere penitencie. sed  
etiam reficiuntur spe eterne retri-  
butionis. dolent enim gaudent a  
gaudent dolendo. gaudent in spe  
gemo adhuc in re. Et idcirco. **Leue**  
me a circumdantibus me.]

**Nicola?** tam a demomb?  
q̄ prauis homini-  
bus: querentibus me impellere  
ad reu. **Calliodor.** a vt  
dium. cū stā  
carnalibus q̄ spūalibus: q̄ nos  
perdere p̄cipia velocitate festinās

12  
Finita est conclusio penitentis in timore presentium et spe futurorum. venite oratores qui negocia humana artificiosa fragilitate tractatis. Videte rem lacrimis se diluentem audite peccatorem confessionibus absolutum. Intelligite sententiam principis dei non salutem hominis impetere vel inuadere sed potius peccata damnare. Ista sunt tribuna lia que nullus redimet. Ista est sententia que nichil sub ambiguitate decernit. Nunc videamus quid dominus respondeat penitentibus. Intellectum tibi dabo. vides quia peccatores non habent intellectum: nisi quando eis conuersis dominus propiciatus indulget. Intelligere est bene agere et ad mandata dei vota conuertere. Ipse enim est intellectus quem tituli huius pres. veritas indicauit: quem penitentibus potestas domini dementer infundit.

**Hugo** Dat enim dominus intellectum ad cognoscendum agenda. videlicet per inspirationem. per predicationem et per tribulationem. et instruat te quia quasi nescientem docebo te que sunt vitanda. In via hac. scilicet penitentie. qua gradieris.

**Cassio** Ante enim iste penitens domino culpas tacuerat consilio destitutus. nunc autem instruitur quando contra se pronuciare domino prestante comonetur. O penitentie inestimabilis medicina. que non solum a peccatis absoluit. sed etiam sanctorum premia beata concedit. **Nicolaus**

[firmabo super te oculos meos.] sicut super rem quam volo cum diligencia custodire sic te protegam.

**Cassiodorus** Et in te dirigaz lumē intelligencie mee. Nam qui recte sapiens est et mandata domini sincera mente perfecit iuste dei oculos super se habere perhibetur. Deinde generaliter humanum genus comonet: ne brutilibus subdatur erroribus. d.

**Nicolaus** Nolite fieri sicut equus a mulus. v. sequentes appetitum carnalium. viuentes vita brutali. quibus non est intellectus. hoc est si habent rationem vel intellectum unde appetitum sensitiuum refrenare possent.

**Augustinus** Per equum vero turbosos et superbos figit per mulum autem pigros.

**Iero** Qui ergo non dei voluntate sed proprio motu se retere voluit et effrenes in luxuriam decidit hos propheta coerat verbis terribilibus dicens. In chamo et freno maxillas eorum constringe. qui non appropi-

**Nicolaus** eos qui mant ad te. tibi nolunt obedire. sicut equus indomitus et superbus ac mulus piger eos afflige penis et laboribus. ita quod pena dante eis intellectus obediant tibi ad nuntium. **Gregorius**

vicefimo moralium. Sepe enim qui iulventis verba non audiunt. ferientis verberibus ammonentur. ut ad bona desideria saltem pene trahant. quos premia non

mutant. Si vero etiam flagella de-  
spiciunt restat mimeru: q̄ tanto il-  
lic grauioris v̄ndicte supplicia se-  
tiant q̄to h̄ maioris p̄uidentie ḡ-  
ciam calcant. Vnde subditur

**Nicola?** Multa flagella  
peccatoris. v̄ ml̄  
te pene obstinatis p̄d̄ribus i in-  
ferno sunt reseruate s̄m illud deut.  
xxxij. vbi enumeratis multis fla-  
gellis dicit. Nonne h̄c condita s̄nt  
apud me a siḡta in thesauris me-  
is. mea est vltio a ego retribuam

eis in **Collector** De quibus  
s̄p̄e flagell: seu  
penis b̄tis bernardus in sermoē  
q̄ incipit. Regio australis ita loq̄-  
tur dicens gehennales angustie  
non h̄nt meritum non recipiūt in-  
terficiū nisi cūnt remediū singulis  
ex ossibus singulis ex membris  
que arma fuerunt iniquitatis sua  
debetur pena pro qualitate a quā-  
titate commissi cum ceperit inexpli-  
abilis v̄ inexplurgabilis caro ge-  
henne estibus penetrari ac more  
feruentium metallorum ad coque-  
dum inextinguibili ardore tota ho-  
minis substantia infundi. [Speran-  
tē autem in domino.]

**Nico** spe debita que est certa  
expectatio future beati-  
tudinis ex gracia a meritis proue-  
niens. [misericordia circūdabit.]

**Cassiodorus** vt nō sit  
locus reli-  
ctus vnde possit ad euz dyaboli ho-  
stilitas ammodo intrare.

**Nico** Nā in futura beatitudi-  
ne ex dei misericordia

circūquaq̄ habebit materiā leti-  
cie. s̄ supra se vidento diuinam ma-  
iestate. infra se vidento inferni tor-  
menta que euasit ex dei gracia at-  
q̄ circa se sanctorum a angelorum  
gratam societate. Et ideo in fine p̄s  
excitat iustos ad laudem dei dicēs.

**Letami** in dño. [gaudio iteriori  
**Cass** quonia; qui in se gau-  
det fallaci p̄sumptione  
decapitur qui vero in domino leta-  
tur. perpetua delectatione perfrui-  
tur. vñ subdit. Let exultat iusti.]

**Nicola?** gaudio exteriori:  
quia exultatō di-  
citur quasi extra saltatio: in quā-  
tum gaudiū mentis p̄cipit exteri-  
us vocibus diuine laudis. La glo-  
riamini. s̄m q̄ dicit apl̄s. ij. ad co-  
rinth. Gloria nr̄a h̄c ē testimo-  
niū consciencie nostre. Hec est em̄  
recta gloriatio. quando conscien-  
cia non mordet personam de graui  
peccato. Et hoc modo gloriari de-  
bent. Omnes recti corde.]

**Jeronimus** Recti corde di-  
cuntur quib̄  
omnia iudicia dei placent. et se ac-  
cusant de peccatis a deū siue in p̄-  
speris siue in aduersis sp̄ laudant

**Cassiodor?** Confidere  
mus km̄i  
quid penitens iste meruerit vt do-  
minus illi manifesta voce r̄nderet  
Intellectu; tibi dato. ille qui pau-  
lo ante prostratus. ille qui pecca-  
tor mole fuerat compressus inter  
iustos annūeratur: a inter eos  
corde recipitur vt quanto prius sa-  
tisfaciendo fuerat humiliat? t̄ato

post veniam videatur excelsus.

Qua propter iam ipse beatus est qui hic sententia piissimi iudicis notatur absolutus. Nos igitur mente deuota legamus hunc primale psalmi. cordis compunctio peccata nostra plangamus ut pia precatio ad indulgentie vota nos producat. Quis enim psalmi maiore aueritate meditandus est nisi in quo uoce tanti iudicis peccata soluta sunt. Hoc enim iste precipuum continet singulare inter alios primales psalmi. quod penitentes in compunctione huius psalmi instinctu diuine compunctiois exultant. hic uero misericordiam et letitiam ipse dominus promittit cum magno desiderio supplicat.

**Jeronim** Quapropter supplicemus ut obtineamus per veniam peccatis nostris nec imputatis ultra delictis mereamur sancti exultationis perpetue esse participes. per christum dominum nostrum Amen.

### **Psalmus xxxii.**

## **Exultate iusti in**

Titulus in finem psalmi 32.  
Hic titulus ex superioribus notus est. christus enim est finis noster ad quem tendimus.

**Cassiodoro** In hoc psalmi. hortatur propheta per opera que qualidam ab psalmodia psalmi uel ecclesie fidelis enueratque potentia et facta creatoris.

**Glossa** De operibus creationis et recreationis ut timeatur potentia que creat et ametur misericordia que recreat.

## **Cassiodoro**

Comonet ergo propheta ut in domino deleant tota alacritate mentis gaudeat que creaturas suas mirabili potentia dimoscit continere. unde dicitur.

**Jeronim** Exultate. Alii exultant in rebus huius seculi. alii in certo. alii in theatro.

**Augusti** Et finito seculo finitur exultatio in iustorum. Sed uos o iusti exultate in domino. quia permanente domino permanebit iustorum exultatio.

**Cal** Sic et apostolus nobis gaudendum incessanter affermat.

**Cal** Gaudete in domino semper. ite dico gaudete. Nam illa repetitio illud significat. uel hi afflictiois gaudeamus in illo regno pace perpetua letemur. addiditque **lectos** deat collaudatio.

**Augusti** Recti sunt qui dirigunt uoluntatem suam secundum uoluntatem dei.

Qua uis autem corde mortali priuatum aliquis uelint quod sue interitum cause uel negocio prout ueniat ubi intellexerint et coguerint aliud deum uelle proponit uoluntatem dei uoluntati sue. hoc deat collaudatio uel talis de qua subditur.

**Conferemus domino confitioem** in cithara. cithara laudis.

**Jeronim** In cithara. cithara laudis. **Jeronim** In cithara. cithara laudis. **Hu** cordeque eius sunt de mortuis in auribus eius reddidit sonum ab inferiori parte. sic homo per carnis mortificationem de inferiori parte. id est de sensualitate reddidit sonum dulcem in auribus domini.

**Jeronim** In cithara habet sex cordas per quas sex opera misericordie intelliguntur. Vos igitur fide



les qui redi estis confitemini bo-  
mino in cathara & in carne vitis  
& concupiscentiis mortificata per  
cruce[m] dominicam. et etiam confi-  
temini domino in operibus miseri-  
cordie q[ue] sunt opera sc[ilicet] op[er]um.

**Cal.** dum esurientem pascim[us]  
dum nudum vestimus. du[m]  
egrotum visitamus. & cetera que  
diuinitatis amore peraguntur

**Jeronimus** Et de illis cor-  
dis alie suauiter cantant alie murmurant. sic &  
sancti alij in prosperitate. alij i ad-  
uersitate laudant deum. Sequit[ur] &  
in psalterio decem cordarum.]

**Hugo** Psalterium a superio-  
ri reddidit sonum h[uius]  
decem cordas per quas decem ma-  
data intelliguntur. que de supernis  
veniunt. In hoc psalterio decem cor-  
darum & decem verbo[rum] legis psal-  
tite ei.

**Augusti.** T[er]tiu[m] psal-  
teriu[m] imple le-  
gem qua[m] dominus deus tuus non  
venit solvere sed adimplere. Quia  
tate ei cantu[m] nouu[m] non lingua:  
sed vita exuendo veterem homine[m]  
& induendo nouu[m] & b[ea]t[us] dicit nouu[m]

**Jeronimus** quod nou[us] ho[m]o cri-  
stus domini  
venit in mundu[m] & noua[m] lege[m] istitu-  
it nobis & noua[m] eccl[esi]a[m] p[er] bap[ti]sm[um].

**Hugo.** Unde dicitur in glo-  
sa. Nouus rex noua  
lex noua

**Nicola.** Si enim a  
gaudia mor[is] carna-  
lis & lasciuus semper facit inueni-  
re cantilenas; & nouos cantandi  
modos multo magis amor diuin[us]

semper facit inuenire nouos mo-  
dos deuotionis. Bene psallite et in  
vocifera. **Jerro.** per vocifera co[n]ez-  
tione. **Jerro.** quondam sacer-  
dotum **Hericho** mundi figuram con-  
tinens corruit nuc[un]c p[ro] nostram ora-  
tionem eius concupiscentie elidat[ur].  
Ille bene psallit q[ui] implet in o-  
pere quod.

**Hugo.** Unde be-  
cantat. **Hugo.** atus **Ber-  
nardus** super cantica assignat ad  
bene psallendum septem esse oportu[m]  
ita dicens Immolantes itaq[ue]  
hostiam laudis et reddentes vota  
nostra de die in diem curemus o[mn]i  
vigilantia iungere sensu[m] vsui: af-  
fectu[m] sensui. exultationem affe-  
ctui. grauitatem exultationi. Du-  
militatem grauitati. libertate[m] hu-  
militati. quo interdum liberis pur-  
gate mentis passibus procedam[us]  
& excedamus per inusitatas qual-  
dam affectiones spirituales unde  
& in translatione hebrayca sic ha-  
betur. bene psallite in iubilatione.

**Jeronimus.** Iubilis di-  
citur leticia  
cordis ineffabilis que nec verbis  
nec sillabis nec litteris nec in voce  
potest erumpere aut comprehendere  
quantum homo debeat deum lau-  
dare. & merito laudandus est de[us]

**Calliodorus.** Quia re-  
dum est  
verbum domini. Rectos enim fa-  
cit homines & dirigit. Per legem si-  
quidem diuinam corrigimur. per  
ipsam a prauitate nostra separa-  
mur. & tunc regulariter viuimus  
q[ui] eius iustionib[us] obedim[us]. Et oia

opéra eius in fide. In fide

**Augustinus** Fidelis homo est cre-  
dens promittenti et  
fidelis deus est exhibens quod pro-  
misit homini. Teneamus ergo si-  
delissimum debitorem quia tenemus  
misericordissimum promissorem

**Nicolaus** Fidelitas autem  
dei consistit in  
sua iusticia et misericordia. **Jo** sibi  
dicitur. **D**iligite misericordiam et iudicium.

**Augustinus** Misericordia eius tempore  
modum est. Dominus enim con-  
siderat imaginem fragilitatem no-  
stram errorem nostrum et cecitatez  
nostram. et vocat auersos. donat  
peccata conuersis. paciens est super  
peccatores donec conuertantur. quoniam  
cum conuersi fuerint preterita ob-  
liuiscitur. futura promittit. hortatur  
pigros consolatur afflictos. docet  
studiosos. adiuuat dimicantes  
neminem deserit laborantem et ex-  
clamantem ad se. donat ipse unde  
placet. Sequitur. et iudicium. ac-  
diligite quod venturum est.

**Jeronymus** Quo inter impios in-  
stos quod discernet.

**Nico** Et quia misericordia su-  
per exaltat iudicium. ut  
habetur iacobi 2. **I**deo sequitur. **M**isericordia  
domini plena est terra.

**Castio** Ita vique terra que  
miseros continet ubi  
dyaboli oppugnatione laboramus.  
ubi a mandatis celestibus carnis  
infirmirate subtrahimur

**Hugo** Et bene plena est terra  
quia ubique terrarum  
predicata est et a domino concessa

est remissio peccatorum. Et non solum  
miseretur peccatorum. sed etiam  
bonos confirmat in bono et conser-  
uat. Unde addit. **Verbo domini**  
**celi firma** **Castiodorus**  
**ti sunt**

Quauis ad conditionem rerum crea-  
tarum hoc pertinere videatur. ta-  
men et spiritualiter decenter accipi-  
tur. **Verbo domini** hoc est a filio  
dei **celi firmati sunt**. **U** apostoli et san-  
cti omnes qui orbem terrarum predica-  
tione salutari compleverunt. **et spi-  
ritu oris eius omnis virtus eorum.**  
Vtique quoniam a spiritu sancto eorum doctrina  
veniebat. virtus enim et ad mira-  
cula pertinet que faciebant. et ad le-  
gem domini quam gentibus predicabant.  
**Trinitas** in hoc versiculo manife-  
stissime declaratur. Dicendo enim ver-  
bo filium declarat. adiungendo domini  
patrem dicit. spiritu oris eius ut  
quod spiritum sanctum vult intelligere. et  
ut in tribus personis manifestam  
intelligeres unitatem dicit oris eius  
et non eorum ad litteram eius.

**Nico** Ex infinita dei potesta-  
te in corporibus cele-  
stibus inducitur homo ad laudan-  
dum deum qui verbo suo firmavit  
celos. et spiritu oris eius ipsos va-  
riis stellis: in quibus sunt varie  
virtutes et influencie: ornavit. **U**n-  
de in translatione **Jeronymi** iuxta  
hebreum habetur omnis ornatus  
eorum

**Augustinus.**

Sane fratres quomodo hi celum sunt  
super invicem vel quomodo sunt. vel quomodo  
in orbis distincti quibus in colis impleti

fiat. quia disponere regantur. quo  
modo ibi vnus vnus inefficax  
concinens ab omnibus predicet  
deum. Multum est ad nos iuuenire  
tamen satagamus peruenire. Ibi e  
enim patria nostra qua longa for  
tassis peregrinatione oblitus sum?  
Ergo de illis celis michi difficile e  
disputare. sed tamen non impossi  
bile est nobis intelligere. Certe q  
me in hys rebus intellectu preue  
nit fruatur quo precessit a oret p  
me vt sequat a ego. Sequitur l

**Congregans** sicut in vtre. vter e  
fiat aquas. **Hugo** qz dau  
maris. l.

**Hugo** sicut i  
mare litoribus. Vnde Job. xxxviii  
dicitur. Circumdedi mare terminis  
meis a posui vadem a hostiu a di  
xi vsqz hic venies a non procedes  
amplius a hic confringes tumen  
tes flu

**Nicola** lponens in  
a? tuos. **Nicola** thesauris a  
bissos. l. id est inferiores aqs ma  
ris que sunt hominibus occulte. si  
cut illa que ponuntur in thesauris  
Qz aut aqua maris nomen e a  
bissus vel abissi patet gen. pmo  
vbi dicitur a tenebre erant super  
faciem abissi. a spūs dei ferebat  
super aquas. Idem enim significa  
tur nomine abissi et aquarum.

**Castiodorus** Quod si  
ter velis agnoscere. Vter est ec  
desia. quia sicut vter susceptas  
aquas compleditur. ita ecclia abu  
nationem populi credentis indu  
dit. Aquae vero maris populi signi  
cat christianum qui in mundi salo

fundibus tribulationu; coactis.  
lponit in thesauris l sapientie a  
scientie sue l abissos l

**Jeronimus** v profundu  
scripturaruz  
Nam qntu velit p seruos suos nob  
demonstrare tantu per nos intelli  
gere potuimus. ipam profunda  
tem scripturarum nequa q possu?

Sequitur **Nicola** Ex predictis  
tur: **Nicola** vtilis moni  
tio cum subditur. **Timeat** domi  
num omis terra. l v habitantes in  
terra l ab eo autem comoueantur  
l commotione timoris l omnes in  
habitan **August** Si fera se  
tes ortem. **August** vut. si ser  
pens insidiatur. si homo te obiat. si  
diabolus te ipugnet: semper deuz  
time.

**nicola** Rationem vero  
subdit dices. **Quoniam** ipse dixit  
a facta sunt: ipse mandauit et cre  
ata sunt. l Sicut enim simplici vo  
luntate omnia creauit ex nichilo:  
ita potest illa in nichilum redige  
re. Et ideo debet eum creatura ratio  
nalis timere. et hoc timore filiali

**Augustin** Quid formi  
daturus es  
aliquid de terra. aliquid de mari.  
aliquid de celo. s. Malicia hominu;  
cupiditatem nocendi potest habe  
re. propriam potestatem autem si  
ille non dat: nohabet. quia iuxta  
apostolum Non est potestas nisi  
a deo. Deo subiungit. **Domine**  
dissipat consilia gentium. l

**Nicolaus** hoc apparet ab  
tram ex eo qd

habetur in gen. xi. in filiis noe qui habuerunt consiliū inter se edificā di turrim cui⁹ eacūmen ptingeret ad celū. sed dñs. reprobauit consiliū eorum: ita confundens loquelam eorū vt non intelligeret vir p̄ximū suū. et sic destiterunt ab opere inchoato. **reprobat at̄ cogitacōes p̄p̄torum.** hoc apparuit in egiptis cogitantibus capere filios ysel̄ inter desertum et mare rubrū. h̄ dominus eos sūmeesit et yscabel liberauit vt habetur exodi. xiiii. **et reprobat cōsilia principū** sicut p̄ in libro Josue quia multi reges conuenerunt adiuuāre vt interficerēt Josue et filios yscabel et fuerunt debellati et occisi. **Jeronimus.**

vel reprobat cogitacōes p̄p̄torū iudeorū et cōsiliū p̄ncipū eorū. videlicet anne egypte et ceterorū. quia non potuerunt facere contra ih̄sum: nisi quantum a deo fuit p̄sumptum: quos omnes cum suis consilijs dominus resurgendo destruxit.

**Castiodorus.** **Consi** liū autē dñi. et archanum incarnationis christi. **manet in eternū** quia triumphalis mors dñi diabolicum penitētē extirpāt exicium. Exicij⁹ mors dades tormentū. **cogitacōes cordis eius in gn̄acōe in gn̄acōe.**

**Hugo** in sempiternū. quia quod disposuit dominus mutari non potest ab hominibus. **Vnde act. v. dicit gamaliel.** Si ex hominibus consiliū hoc: aut opus dissoluetur. et c.

**Augustinus.** ante m̄tionem vidit nos. fecit nos. emundauit nos. misit nos. redemit nos.

**Castiodo** Quod totū ad p̄destinatōē eius pertinet in qua cuncta reposita sūt que vel fuerunt vel sequentibus seculis futura succedunt.

**Nicolaus** Consequenter describitur diuine laudationis seu cultus p̄miū cū subditur. **Beata gens cuius est dominus deus eius.** Circa quod sciendū q̄ prout dicit boetius in de consolatione libro tercio. **Beatitudo est status om̄i bonorū cōgregatione perfectus qui in re habet b̄ in patria in fruitione dei.** cuius bonitas est infinita. **Ad hanc beatitudinem peruenitur per verū dei cultum. et hoc est q̄ dicitur.** **Beata gens cuius est dominus deus eius per veram fidem et debitum cultū. Populus quem elegit.** **electione p̄destinationis.** que infallibiter consequitur effectum. **Idē subditur.** **In hereditatem sibi** quia p̄destinati immobiliter adherent deo in patria celesti. ita q̄ erunt hereditas dei. **Et deus erit hereditas ipsorum.** quia illos quos sic p̄destinauit ab eterno veat temporaliter ad fidem suam. et iustificat per gratiam finalem. et sic frequenter eos magnificat per gloriam scdm̄ q̄ dicit apostolus. **ad romanos octauo.** quos p̄destinauit: hos et veauit. et quos vocauit hos iustificauit. et quos iusti

fecit hos et magnificavit. et sic qui pius fuerunt beati in spe: facti sunt beati in re. Deinde ostendit huius premiationis principium: dicens.

**De celo.** Circa quod sciendum quod opera meritoria non sunt prima causa propter quam premiantur aliqui in vita beata: secundum quod declarat apostolus ad Romanos. ix. de Jacob a Esau: dicens. Cum nondum nati fuissent aut aliquid boni a mali egissent dictum est. Maior serviet minori: sicut scriptum est. Jacob dilexi: Esau odio habui. Nec etiam meritum preuisio futurorum: imo preparatio gratie in tempore procedit ex eterna predestinatione ut predictum est. Et hoc est quod hic dicitur. De celo respexit dominus.

Accipitur enim hic celum summe trinitatis quod est idem quod deus. quia ab eterno vidit omnia in se ipso. Ideo subditur. Vidit.

**August.** oculo misericordie omnes filios hominum.

**Calliodo.** Visit enim: gratiam signat misericordiam.

**Nicola.** Licet enim omnes videret equales in naturalibus: tamen ex eis aliquos elegit ex speciali gratia ad participationem beatitudinis supernaturalis: ad quam non potest homo attingere ex naturalibus. **De preparato habitaculo suo respexit.**

**Augustinus** vel de apostolis: vel de predicatoribus veritatis: vel de angelis quos ad nos misit. Super omnes filios hominum.

**Nicola.** quod quos sic elegit ex sua mera voluntate et gratia: hos disposuit iustitiam in tempore per gratiam finale: alijs dimissis. Ideo subditur. **Quod** vi finit singillatim. id est per unumquemque separatim vel singulatim. corda eorum. id est animas hominum. quia eas quas creavit eiusdem nature in specie: fecit distinctas in dividualiter. Et propter hoc dicitur singillatim. Licet enim anime sint eiusdem speciei: tamen variantur in operationibus communitate corporibus. quia alique tendunt ad bonum verum: et alique ad bonum apparens: et hoc est terrenum. Et secundum hoc diversificatur status bonorum et malorum. Et hec omnia sunt de clarissime nota. Ideo subditur. Qui intelligit omnia opera eorum.

**Castio.** cogitationes dicta que facta quibus bonum malum que semper operamur. **Jeroni.** Ipsi etiam speculato: prospiciens de die in diem ad hominum.

**Nicola.** Deinde quod divinum. **Nicola.** na providentia est principium salutis hominum tam in spiritualibus quam in corporalibus ostendit per exemplum de re probatis: dicens. **Non salvabitur rex per multam virtutem.** huius exercitus: nisi cum hoc habeat divinum protectionem. Hoc apparet Numeri. xxi. de Seon rege amorreorum: qui cum fortissimo exercitu egressus est obviam filiis israel: sed statim cecidit in prelio. Et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue.

Hoc apparet ibidem de Og rege ba  
san qui solus remanserat de stirpe  
gigantum: vt habetur Deutro. in  
a tamen statim corruit coraz filijs  
israhel. Similiter de Golia gigante  
que; dauis adhuc adulescens idu  
lapidis inter **Cassi** **Malay**  
frat.

**Cassi** equus ad  
salutem] quia ille dum campos ap  
petit: dum pedes pre propera festi  
natione permiscet salutem seitoris  
sui non valet custodire: a qui sub  
modestia non graditur ruinosis  
casibus semper exponitur. Falsus  
enim dicitur est equus eo q; solet  
fallere in se presumentes.

**Nicola** In abundantia au  
tem virtutis sue no  
saluabitur.] Hoc apparet in Pha  
raone a exercitu eius cum currib;  
a equitib; in mari sumeris. Ita  
autem dicta sunt ad ostendendu;  
q; si non potuerunt saluari corpa  
liter et temporaliter virtute huma  
na: multo minus potuerunt conse  
qui salutem spiritualem a eterna  
absq; dei gratia speciali. Ergo i sua  
virtute nullus saluatur: quia a d  
est salus: quaz soli iusti consequu  
tur. Ideo sub **Jeroni** **de**  
iungit. **Jeroni** oculi do  
mini.] v aspectu; diuinitatis.] super  
timentes cum.] timore sancto.

**Nicola** vt nos diligenter cu  
stodiat: sicut homo  
figit oculos super rem qua; vult cu  
diligentia custodire. Etsi eos ali  
quando permittit tribulari tempo  
raliter. hoc tamen est ad bonu ipso  
rum vt per patientie meritum ha

beat maior premium. Ideo sub di  
tur. **Ca** etiaz respicit in eis qui spe  
rant super misericordia eius.]

**Augusti** et no de fortitudi  
ne; s; meitis suis s; s; misericordia  
eius. **U**teruat a morte.] culpe.  
[animas eorum.] dand; eis vitaz  
eterna i futuro.] a alat eos i fame.]

**Cassiodo** In fame autem  
eos alit quado  
in hoc mundo vbi bonarum rerum  
indigentia est: verbo spiritali nutri  
re non desinit quos redemi t.

**Nicolaus** Di saturabun  
tur pae celesti  
post hanc vitam damnatis esuri  
entibus. sedm qd dicitur **Ra**. lxx  
Hec dicit dominus deus. Ecce serui  
mei comedent a vos esurietis. Et in  
terim hac vita durante patientes  
sumus in aduersis. Ideo subditur.

**A**nima nostra sustinet domi  
num.] v patienter expectat eius be  
neplacitum.] quonia; adiutor.] ab  
bonum.] et protector noster est.]

contra **Cal** s; intelligam; qhis  
maluz. **Cal** ista virtus est qua  
seruare totiens comonemur. Pa  
cientia est siquide; que gloriosos  
martires facit: que fidei nostre boa  
custodit: que omnia vincit aduer  
sa: non colluctando sed sustinendo:  
non murmurado sed gras agedo  
Et hec: decepticem luxuriam com  
primit: iram feruida; vincit: vasa  
tricem humani generis inuidiam  
tollit: mansuetos efficit: benignisq;  
competenter aridet: purgato sq;  
homines a dilla premia futura

componit: per ipsam christo mili-  
tamus: p ipsam diabolu vincim⁹:  
p ipsam beati ad celoꝝ regna pue-  
nimus. Et considera q post omnia  
pcepta patientiam ponit vt virili-  
ter cida toleremus qui de tam ma-  
gm premij largitione osidim⁹.

**Rico** *Qui a i eo letabitur* cor  
nostrum. | quasi diceret.  
Si tribulemur exterius: tamen co-  
solamur ab eo interius. Et qa ista  
consolatio pcedit ex spe retributio-  
nis future. Ideo subdit. *Quia in noie*  
*santo eius* | v m nomie Jesu chri-  
sti saluatoris. **Glo** *[spauim⁹]*  
nostrum.

ad deum in futuro. Et ne fraudemur  
a spe nostra. **F**at misericordia  
tua dñe sup nos. | v p miaz tuam  
impleat in nobis. s. vt in futuro le-  
temur. quo merito fecerit quem ad  
modum sperauimus in te.

**Rico** Et hoc spe debita que e  
certa expectatio future  
beatitudinis ex gra et meritis pro-  
uenit.

**Iero** Vñ ex isto vsu debet  
ens. cogitare vnusquisq  
ante q legat vt fideliter dicat: que  
admodu sperauimus in te: ne alibi  
vacet mens.

**Cassio** Mellis  
sua. *flue voces*  
audite sunt: q salubriter nob psal-  
teriu celeste cantauit. Tales siqui-  
dem mandatorum corde sonuerunt  
vt si eas interius auribus recipia-  
mus: nos in eis dauitice lre cura-  
tione a demonuz infestatione pur-  
gabimur. Fietq nob salutis illa  
mundatio vt fugatis imundis spi-  
ritibus: mente abluta domino fui-

mus. Valent enim beati musicaꝝ  
suam que anime fidelis intrat audi-  
tum: cuius non deficit sonus: cui⁹  
non lassatur intentio. Relinquitte et  
go vos spectaculoꝝ amatores: mo-  
tiferas voluptates: q desideria pra-  
ue voluntatis instigant. Et ad hec  
magis gaudia: ad hec misteria co-  
uenite. vbi cythara a psalterium  
virtutes excitant que nos instruunt  
ad vitam eternam: ad quam nos  
pducatur Iesus christus dominus  
noster qui est benedict⁹ in secula  
seculorum. Amen.

**Psalm. xxxiij.**

**B**enedicam  
dominu in. Titulus  
huius psalmi talis  
est dauid cum mu-

tauit vultuꝝ suu coraꝝ Abimelech  
a dimisit eu. **Glo** Titulus iste  
tractus est de  
historia libri regum primi Reguꝝ  
xxi. vbi scriptuꝝ est q cum fugeret  
dauid saulem psecutorem suum:  
contulit se ad regeꝝ Achis i geth.

**Rico** qui erat bñom⁹: qui  
vocabatur Abimelech  
nomine regni. et Achis nomie per-  
sone. sicut imperatores romani vo-  
cabantur a sares nomine imperij:  
et tamen habebant proprium no-  
men personale. scilicet Julius Au-  
gustus Titerius: a sic d alijs. Qui  
cum dauid esset ibi: cognitus fuit  
a philisteis. Vnde dixerunt. Nun-  
quid iste e dauid rex te rre. Quasi  
dicerent. bonum esset eu interficere  
l. ij.

ne veniat ad regnum a sua alescat  
contra nos. Propter quod dixe  
runt euz ad Achis: hoc est ad Abi  
melech vt moretetur. Dauid autē  
in tali periculo constitutus simula  
uit se insanum: scdm illud poetici  
**S**tulticiam simulare loco a tempo  
re prudentia summa est.

**Glosa** Mutauit eniz vultū  
suum coram ipsis a  
tympanizabat ad portam ciuita  
tis a ferebat se manibus suis. a sa  
liue de currebant super barbā ei?  
Quod cum vidisset rex Achis: ait  
seruis suis. Vt quid mihi istuz ac  
repticium v. demoniacuz et insani  
entem abduxistis. Nunq̄ intratu  
rus est domū meam. Et sic Dauid  
de periculo mortis liberatus abijt.

**Nicola** Vnde iuxta lram p  
gratiarū actione dō  
hūc psal. cō. **Iero** et cātauit. qz  
po fuit. **Iero**. tot⁹ circa pie  
tatem: tot⁹ circa inspectionem di  
uinam: tot⁹ circa compescendas  
sanctorū tribulationes cōmemo  
ratue. Dauid qui Goliath vicit si  
guram christi tenet qui diabolum  
vicit. Abimelech interpretat regnū  
patris. Dauid venit ad regē; Abi  
melech. a christus venit in regnū  
patris sui: hoc est ad regnū iudeo  
rum. Mutauit vultum suum coraz  
**Abimelech**: hoc est coram regno  
patris sui. Vnde sanctus Paulus  
dixit. Qui auz in forma dei est et for  
mam serui accepit in similitudine;  
hominis factus: et habitu inuen  
tus vt homo humiliavit seipsum  
factus obediens patri vsq; ad mor

tem. Tympanizabat ad portā ci  
uitatis. Tympanuz de corio exten  
ditur super lignum. a dominus ex  
tendit manus suas in cruce ad por  
tam ciuitatis: hoc est in initio fidei  
nostre. Contra eternā vitam dau  
id cor habeamus. a christus in  
cruce per fidem passionis apiebat  
cor da mortalium. a ferebat se ma  
nibus suis quādo corpus suum ac  
cipiens in manibus tradidit disci  
pulis suis: dicens. Hoc est corpus  
meū. Et saluue currebant sup bar  
bam. **Iero** Per saluaz infirmi  
eius. **Iero** tas carnis intelli  
tur quam dignatus est suscipere.  
**Rue** fuit illa barba. e fortitudo di  
uinitatis. Abijt christus a iudeis  
ad gētes postq̄ ab ipsis est dimis  
sus. Vnde dictū est: vos indignos  
vos iudicatis vite eterne. nos ex hō  
ibimus ad **Augusti**. Sic se  
gentes. **Augusti** habz  
titulus. **Calliodo** Prophe  
psalmi. **Calliodo** ta eniz te  
nedicere se dominum cōpromittit:  
āmonens mansuetos vt cum ipso  
in eius laudib⁹ p̄seuerent: dices.  
**Nicola** **B**enedicam do  
minum. reg  
tando ei d suis beneficijs. In omni  
tempore. Tam prosperitatis q̄ ad  
uersitatis. Omnes benedicāt a lau  
dant dominum in tempore prospe  
ritatis. etiam mali: scdm illud Za  
charie. xi. Benedicite domin⁹ quo  
miam diuites facti sumus. Et illud  
in psal. Confitebitur tibi auz tene  
feceris ei. Sed maledicunt tempore  
aduersitatis. Vnde vxor Job dice



bat ei posito in aduersitate Job. ij  
Benedic deus et morere: id est ma  
lebit: vt ibi expositum est.

**Jeronimus** Docet ergo  
nos neci ad  
uersis succubere nec in secūdis: id  
est in temporalibus extolli: h̄ tam  
prospera q̄ aduersa equanimiter  
ferre. *semper laus in ore meo.*

**Cassiodorus** Quāuis  
debitum  
atq; proficiū sit vt creatura sem  
per suum laudat auctorem: tamen  
propter humanitatis diuersos a  
ctus pene impossibile nobis vide  
tur psalmodie laudes domino iu  
giter personare. sed in ore hominis  
iusti semper laus dei est quādo ta  
lia vel cogitat vel loquitur vt nul  
la redargutione culpatur. Quicquid  
enim ex patientia: ex caritate: ex  
simplicitate: ceterisq; virtutibus  
vel loquimur vel mente gestamus  
iure diuinis laudibus applicatur.

*in domino laudabitur anima  
mea. Pulcherrime vno verbo dile  
ctio famulantis expressa est. Non  
enim in se vel in diuitijs: sed in do  
mino animam suam dicit esse lau  
dan*

**Nicolaus** ac si dicat.  
De laudibus  
hominū non curio qui frequenter  
laudant quod est vituperabile a  
eōuerso. sed laudari a deo deside  
ro cuius laus est vera. Laudat au  
tem deus hominem quando per ali  
quem effectum vel signum prebet  
ei virtutis testimonium. Et hoc mō  
loquitur apostolus. ij. ad Corinē.  
1<sup>o</sup>. Qui gloriatur: in domino glori

etur. Non enim qui commendat se  
ipsum ille probatus est: sed quez  
deus commendat. *Laudiant man  
sueti a leten*

**Cassiodorus**

Non dicit lege dicit: non ieiunan  
tes: non psallentes: sed mansue  
ti letetur qui caritate precipua ha  
bere rerum omnium temperantia;  
consueuerunt. **Hugo** quia domi  
num bene  
dicunt tempore aduersitatis sicut  
prosperitatis qui recte mansueti id  
est manu assueti dicitur: vt d̄ dñi  
māu bona et mala suscipiant. hi er  
go letentur me habere sibi sociū.

**Cassiodorus** Et q̄ spiri  
tualis gra  
tia non vult sola facere quod mul  
tis proficit ad salutem: ideo ad lau  
dem dei vocat secum alios: dicens.

*Magnificate domino mecum.*

**Hugo** laudando et predicā  
do eum esse magnū.

**Augustinus** Si amatis  
deum rapi  
te omnes ad amorem dei qui vobis  
iunguntur et qui sunt in domo ve  
stra: hortando: portando: rogando:  
disputando: rationem reddendo  
ex mansuetudine et lenitate.

**Hugo** *La exaltemus nomē  
eius* per potestatem  
et eius comita

**Collector.**

*in idipsum* id est concorditer.  
Translatio romana habet: exalte  
mus nomen eius in muice: id est  
in vnū. Et hebraica translatio ha  
bet: exaltemus nomen eius pariter.  
l. iij.

**Cassiodorus** Quod signat  
compositos  
choros: quando a psalmodiam do  
mini alterna sibi successione trident

**Hugo** Supra dixit. Magni  
ficat dominum meum  
hic consequenter ostendit quomodo  
ipsum dominum magnificat: di  
cens. **Quis** filium dominum. Id  
est ex toto corde quesivi. La exaudi  
uit me. Sicut subinfertur. La ex om  
nibus tribulationibus meis eripu  
it me. Id est eripiet in futuro: cum  
hoc mortale corpus induerit in cor  
ruptio

**Augustinus** Cum  
fueris  
illuminatus: cum ceperis hic habe  
re bonam conscientiam restant tri  
bulationes. quia restat aliquid in  
firmum donec absorbeat in os  
in victoria: et mortale hoc induat  
immortale: necesse est ut in hoc se  
culo flagelleris: a ut aliquas tem  
ptationes suggestionesque patiaris.

**Hugo** Deinde hortatur nos  
propheta ad commu  
nionem novi sacrificii: id est veri  
agni manducationem per passio  
nis eius fidem et imitationem: di  
cens. **Credite** ad eum. fide et  
opere. a illuminamini. ab eo. quia  
ipse est lux

**Nicolaus** Et ideo  
fuit ac  
cedens ad lucem corporalem corpo  
raliter illuminatur: sic accedens ad  
deum per bonum mentis affectum  
spiritualiter il  
lustratur.

**Cassiodorus**.  
Accedite non dicitur ebriosis: non  
adulteris: non superbis. sed sobri

is: castis: atque humilibus christia  
nis: qui illuminari de sacra comu  
nione mereantur. **Studendum** est  
enim ut qui ad deum accedit ita se  
humili satisfactione moderetur ut  
illuminari potius quam cecari posse vi  
deat

**Augustinus** Sed dicat  
tur. **aliquis**.  
Tantis malis tantisque peccatis one  
ratus sum: tanta scelera clamant de  
conscientia mea: quomodo audeo  
accedere ad deum. **Quomodo**. Si hu  
miliaueris te per penitentiam. Let  
facies vestre non confundentur.

**Nicolaus** non patiemini re  
pulsam in orationi  
bus vestris. Illius enim facies con  
funditur cuius petitio repellitur.

**Cassiodorus** **Iste** paup  
perem designat: qui non tantum mu  
danis opibus: sed vitiorum vber  
tate vacuatur: qui accedens ad do  
minum. clamavit. orando deuote.  
La dominus exaudiuit eum. sequitur. Let  
ex omnibus tribulationibus suis  
saluauit eum. quod accidere solet  
iustis quando in sancta conuersati  
one morientes animas reddunt:  
a sic de seculo istius date confusa. ad  
securitatem perpetuam transferuntur.  
Et ne crederetur dominus fideles  
suos posse negligere presenti eos  
oraulo consolatur. **Ite** subiungit.

**Amittet** se inquit occulte. La ge  
nus domini in circuitu timentium  
eum. videlicet dominum. Let eripi  
ete **Jeronimus** Vallabun  
tur ego pre

sibio angelico qui te cordis puritate  
te timuerunt **Cassio** Propter  
deum.

em; insolentiam humane fragilitatis non  
palam facit; sed occultis immissioni-  
bus operatur vt te nesciente p sa-  
lute tua quod expedire possit acci-  
pias. Angelus autem minister est  
voluntatis diuine. Quapropter si  
vis te angelum fieri fac quod preci-  
pit vt literes perdidit; subueni-  
as anxio: eripias innocentem: et  
cetera que iubet diuina auctoritas.

Tunc enim spiritu angeli sumus  
quando ministri superne volunta-  
tis efficiuntur. Deinde redit ad domi-  
ni sanctissimam communionem: di-  
cens. **Ustate** Hoc non perti-  
net ad palatum: sed ad anime sua-  
uissimum sensum qui diuina con-  
templatione saginat. Nam vt ipm  
gustuz intelligeres: sequitur. **Qui-  
de** oculo fidei: vt tu; tale corpus  
accipimus vite nobis concedi gra-  
tiam confidamus. Et vt ipsaz com-  
munionem non ad corpus diui-  
uine traheres: subdit. **Quonia** su-  
auis est deo.

**Nicola** Et quia  
minus. **p** gustatio diuine dulcedinis auget spes be-  
atitudinis future. ideo subdit. **be-  
tus vir qui sperat in eo** et non in-  
certo diuitiarum: neq; in hominis

mori. **Augusti** Hoc qd op-  
tuo. est diu expo-  
ni. Quisquis non sperat in domo

miser. **Hugo** Et ne spes in pre-  
sumptionem lu-  
xuriet. ideo subdit. **Time** domi-  
num omnes sancti eius.

**Jeroni** qui firmi statis in p-  
missis eius timete ne  
accepta securitate decipiamini.

**Cassiodo** Sed quid utilita-  
tis timor eius ha-  
beat consequenter ostendit: dicens  
**Quonia** non est inopia] spiritu  
alium bonorum] **timentibus eius**.  
O breuis sententia. O immensa  
ne tractaret tamen rogat ut ab omnibus iniquitatibus suis domini miseratione liberetur ut agnoscamus neminem hic esse secutum quous beneficia diuina precepit. op probrium insipienti dedisti me.

**Stultorum** consuetudo talis est ut illos magis irideant quos moribus bonis studere cognoscat. Et dicitur ergo vir opprobrium erat stultis que eis dissimilem respuebant. vnde seneca. Nondum se hix es in tota turba te deriserit. Deinde redit ad superiora que dixerat asserens se non respondisse inimicis suis dicit. Obmutuique non aperui os meum.

**Jeroni** Cum me conuicijs et diuersis improperijs lacesserent id est irritarent nichil ad ea que michi inferebant. **Hugo** Quomodo respondi. tu fecisti. ut in aduersis permissione tua michi illatis non murmurarem.

**Calliodorus** Ipse utique fecit dona concessit. amoue a me plagas tuas. Plage sunt correptiones quibus pro nostris peccatis iustissime verberamur.

**Augustinus**

Ac si dicat. Tantum cede ut proficiam non ut deficiam.

**Hugo** Et necesse est ut ipsas a me amoueas. Quia

**Fortitudine** manus tue. Lib est a graui correptione potencie tue. Legit defectum. Quantus in me est. In merceptionibus. Ita verborum quod verberum. Ipse iniquitate corripuisti hominem.

**Augusti** hic pietas domini  
evidenter ostendit  
qui non diligit increpationes nisi  
ut homines corrigantur. Iniquitas  
quippe mortalium more putredinis  
sine fine vagaretur si eam medici-  
nalis increpacio non defecaret. In-  
crepatur enim omnis homo pro-  
pter iniquitatem que perdet non  
vult diuina maiestas. Flagellat  
autem omnem filium quem reci-  
pit. **Et tatesce frangi sicut arane-  
am animam eius.** Tatescit ani-  
ma id est deficit vita carnalis cum  
caro luxurians et concupiscens re-  
frena. **Cassiod.** Aranea ve-  
tur. **Cassiod.** ro corp<sup>9</sup> ha-  
bet tenue. in terra non habitat sed  
per loca altiora telas quasdam te-  
nuissimas viscerum egestione coe-  
rit. Huic ergo exiguo corp<sup>9</sup> uscu-  
lo recte conuersi et afflicti anima  
comparatur qui longis mortifica-  
tionibus vigilijsq; fatigatus ter-  
rena deserens. operationes virtutum  
subtilissimas diuino timore tabe-  
factus efficit. Post hec reuertitur  
ad illud sue propositionis incium  
qui licet homo increpetur licet ta-  
lesiat tamen fragilitate humani-  
tatis diuersarum rerum varietate  
confunditur. **Hugo.** **Veru**  
vnde dicit **Hugo.** **tame**  
**vane conturbatur omnis homo.**  
quia preter hoc quod in solitudine  
temporali est vanitas: est etiam  
conturbacio quia est labor in ac-  
quendo. timor in possidendo et dolor  
in amittendo. Ponitur enim hic  
omnis pro maiori parte.

**Cassiodo.** qua ab hac con-  
turbacione ille  
solus excipitur qui ad diuinam con-  
templationem pura mente trans-  
fertur. Deinde ydithun iste humi-  
liter exorat imitari sibi peccata pri-  
usquam vitam finiat dicens. **Audi**  
**orationem meam domine et depre-**  
**cationem meam.** Oratio est oris  
ratio quam promi allegamus vo-  
ta nostra pandentis. Deprecacio  
vero est frequens et assidua sup-  
plicacio que ab imo pectoris pro-  
fertur archano. **Lauribus percipe**  
**lactimas.** **Jeroni.** Pro eo quod  
meas. **Jeroni.** a te pegu-  
nor et desiderium habeo dissolui et  
ad te transire. lacrimas meas di-  
rexi que violente sunt semper in pre-  
cibus et ad demenciam medicina-  
lem animus miserantis adducit.  
**Ne file** **Cassiodo.** id est  
**as a me.** **Cassiodo.** fac  
ut ego audiam te occulta cordis  
inspiratione dicentem illud quod  
euangelium testatur. Remissa sunt  
tibi peccata. siue illud quod in alio  
loco psalm<sup>9</sup> dicit. Dic anime mee  
salus tua ego sum. Vel ne fileas  
in futuro michi dicere. Venite be-  
nedicti patris mei percipite regnum  
quod vobis paratum est ab origi-  
ne mundi. **quoniaz aduena ego**  
**sum.** Omnes enim nos peccatum  
fecit a diuina ciuitate extraneos  
et nepharia tenuit regione secu-  
ti captiuos. Sed quoniaz misero-  
cordia eius nos suscipit. incole sumus  
quoniaz illuc aduenimus id est de  
babilonia ad iherusalem ipso attrahere



transponimur. a ad dit[apud te] ]  
 vt non in dyaboli sed in domini ci-  
 uitate incolam euz fuisse sentires  
 subiunxit q[ue]t peregrinus ] Om-  
 nis enim homo qui recipitur in te-  
 atitudinem. peregrinus dicitur qz  
 incipit esse vbi non erat. Dicitur  
 em peregrinus quasi pergens lon-  
 gius. Et vt genalem hanc de om-  
 nibus factis cognoscere fuisse se-  
 tenciam dicit[ur] sicut oēs p[ro]p[ri]es mei ]

**Iero** qui dum erant in corpo-  
 re peregrinabantur a do-  
 mi **Cas** Ad vltimum vir scūs  
 no **Cas** sibi petit dimitti vt  
 cet[er] pueniat ad futuā iudicia. d.

**Hugo** R emitte mibi ] pec-  
 cata mea Lvt ifrige-  
 rer ] ab estu culpe ] prius q[ua]m ab ea ]  
 de vita presenti p[er] mortem ] et am-  
 plius **Cassi** vtiq[ue] in h[oc] mun-  
 d[us] ero ] **Cassi** d[icitur] vbi peccatorū  
 factoribus subuenit qz post mor-  
 tem non sit peccatoruz remissio v[el]  
 si d[omi]nas ante mortem subuenire  
 amplius nō ero quia male ero. et  
 male esse non est esse. quia non ē  
 esse in eternis afflicti omnibus per-  
 manere. Esse enim pprie est beati.

Meito ergo non se dicebat esse si  
 se habere auz electis non intellige-  
 ret p[er] d[omi]n[us]. Ecce viciōzū tūtilitor  
 egregius quanta nos beatissime  
 institutionis salubritate cōmonu-  
 it inter blasphemos a iniquos ha-  
 bere lingue continentiam. Noxia  
 docet nos vitare ac gūissima rixē  
 certamina prudenti moderatione  
 cōprimere. Silencium est quippe  
 probabile quod minime nos p[ro]bu-

dit ad culpam. quod sapientes p[ro]-  
 dit. quod grauissimos facit quod  
 consiliuz nutrit quod ipsum quo  
 qz grauissimū ostendit esse sermō-  
 nem. Quia p[ro]pter hauriamus reme-  
 dii huius saluberrimam potionē  
 vt qui sanctos tam proficue taci-  
 isse cognoscim[us]. imo deratam lin-  
 gue insolēciam non foueamus.

**Colle** Rogemus etia[rum] humi-  
 liter p[ro]m[iss]o dominuz no-  
 strum vt in p[ro]p[ri]a vita remittat no-  
 bis omnia delicta nostra quatin[us]  
 huius seculi pegrinatione p[er] mor-  
 tē carnis absolutos dignetur nos  
 facere ciues sanctorum et domesti-  
 cos dei patris cui est honor et glo-  
 ria in secula seculoz Amen.

**Psalmus xxxix.**

**E**xpectans ex  
 huic psalmo preponi-  
 tur talis titulus In fine  
 psalmus **Cassio** Sepe dixi  
 dauid. **Cassio** mus per  
 finem et dauid christum signari  
 cui iste titulus aptandus est.

**Nicola** Pro vt inuuit apo-  
 stolus ad hebreos  
 decimo. vbi inducit litteram hu-  
 ius psalmi dictum esse de persona  
 christi. Ad exponendū ergo hūc  
 psalmum de christo. Sciendum ē  
 qz inter septem regulas legis qua-  
 rum p[ri]ma est de domino a eius cor-  
 pore qd ē eccl[esi]a seu fidelū cōgrega-  
 tio qz p[ro]p[ri]e d[omi]n[us] capitis ab cor-

pus et conuerso sacra scriptura  
frequenter transit sub vno conte  
ptu de vno ad aliud loquens qua  
si de vna psona. sicut dicit **ysaias**  
**lyi.** Induit me dominus vestimen  
to salutis et indumento iusticie cir  
cūdebit me quasi sponsam deora  
tum coronā et quasi sponsam orna  
tam in ornamentis suis Quod em̄ di  
cit quasi sponsam deoratum coro  
na referendū est ad xpm Et quod  
subditur et quasi sponsam ac. refer  
tur ad corpus eius mysticum qd  
est ecclā s̄m qd dicit aug. iij. de do  
ctrina xpiana **Hoc ecclā patet cla  
rius in nouo testamento Actu. ix.**  
vbi dicitur. **Saule saule quid me  
psequeris me et corpus meum mi  
sticum et ecclesia vel congregatio  
fidelium. Saulus em̄ nō psequeris  
christum in psona ppria sed eius  
fideles. Quod at statim subditur  
Ego sum iesus nazarenus. ad pso  
nā domini refertur. Alia est regu  
la de corpore domini vero et p mixto  
quia in corpore domini mystico co  
tinentur simul boni cum malis vsq̄  
in diē iudicij sed tunc segregabū  
tur sicut pastor segregat oues ab  
edib. Et rāōe huius cōmixtionis  
aliquādo vitupantur boni cum ma  
lis sicut **ysa. et dicit Cognouit bos  
possessorem suum et asinū prelepe  
domini sui. Israel autem me non  
cognouit et populus meus non i  
tellexit. Aliquando autem eōuer  
so mali commendantur cum bonis  
sicut osee. xi. dicitur. Puer israel  
et dilexi eum. His visis primo cir  
ca misterium incarnationis christi****

ponitur gratia tum actio ex parte  
corporis mystici quod est ecclesia  
que ex totius mundi partibus cōt  
congreganda expectans christi ad  
uentum et dicens **L**

**Expectans expectauit dñm**  
qz s̄cī p̄ces de corpore xpi mi  
stico exites per fidē cū magno desi  
derio expectauerunt christi adue  
ntu. vnde dicebant **ysa. lxiij.** vti nā  
dirumpres celos atqz descēderes.

**Cassio** Superflua nō est tā  
decora repetitō Expe  
ctare siquidem possumus a ingra  
ti. Expectantes autem expectamus  
quando mites aliquid cum mag  
no desiderio sustinemus **Et inten  
dit mihi** id est orationi fidelium  
de aduentu christi.

**Nico** **Et exau  
ces meas** in mundo viuendo **Et  
eduxit me de lacu miserie**

**Augusti** id est de profūdo  
iniquitatis que ho  
mines miseros facit **et de luto fe  
cis** lib est de carnalibus concupi  
scen

**Cassiodo** Nam sicut  
lutu fecis fetidū atqz ḡue est ita a homi deli  
cta limosa sunt q̄ et fetoribus hore  
sunt et ḡuitate demergunt **Post q̄  
vō dñs eduxit me custodiuit me a  
reciduo** Vnde subditur.

**Nico** **Et statuit** et stabili  
uit supra petram **id**  
est christum scdm qd dicit aposto  
lus **vad choi. x.** petra autem erat  
christus **pedes meos** lib est affe  
ctus quibus anima cogitando et  
desiderando graditur. **Pedes nros**

sup̄ petra statuit. cū in xpi dñi ius  
sionibus ambulamus. Et dixerit  
gressus meos. Sid est actus meos  
in vitam eternam per legem euā  
gelicam que docet contemnere ter  
rena et amare celestia ac per hoc  
introducit ad beatitudinem. quod  
lex vetus facere non poterat sed  
q̄ dicitur ad hebreos. vii. Nichil  
ad perfectum addidit lex.

**Jeronim⁹** **A** Timmisse  
an̄ os meum cā  
ticum nouum. Quia christus no  
uus homo venit in mundum. no  
uam legem dedit mundo.

**Glosa.** Nouus ergo popu  
lus christianus no  
uam legem cantat de incarnatio  
ne dñi et resurrectione. [Et carmē.]

**Jeronimus** id est laudez  
[Et nostro.]  
vt iam non sonos turpes et the  
atrales concinā. sed dñi dei uicētis  
hymnis per armoniā noui testa  
menti delecter. Notandus est or  
do

**Gregorius.**

In commentario dicit super eze  
chielem omelia. viii. prius enim  
de luto prauitatis educitur vt eius  
pedes per fidem in petra solidentur  
et post q̄ boni operis pedes a gres  
suiam in petra fixerit tunc predi  
cacionis canticum accipit vt hy  
num domino dicere et uerbis et  
operibus

**Jeronimus**

**Q**uebunt multi. christum an  
nunciatum uenisse. Et timebunt.  
intelligentes. per christi predica

elonez se peccatores. Let. Je. Et. Et. Et.  
stia m. Speabūt in domino. Ut eis  
pristina remittantur peccata.

**Hugo.** Et quia beatus est q̄  
sic conuertitur. **Id**  
subdit. **Beatus** vir cuius est no  
men do. **Nicolaus.** scilicet  
mimi. **Nicolaus.** Ihesu  
christi. spes eius. Quia scdm q̄ di  
citur actu. iiii. Nō est aliud nomē  
s̄ celo i quo oportet nos saluos  
fic.

**Calliodorus.** Nomē  
ri. **Calliodorus.** em̄ dñi  
inter cetera saluato. eternus est.

**Et** ille spem suam ponit in eius no  
mine qui se non suis meritis s̄ ab  
eo p̄ grām credit esse saluandum  
[Et Jetā q̄. Nō respexit i uanitates.]  
hoc est fiducia nō p̄ fuit in frenis  
que sunt uanitates a mente a san  
cta religione fallaci illusionē con  
uertit. Et insa.  
nias falsas.] **Jeronim⁹**

In sanie autem false sunt ire vix  
biff. n̄ siones. et reliqua quibus ho  
mines insaniunt vt peccent que a  
postolus opa carnis esse dicit.

**Calliodorus.** Vel in  
samie fal  
se ab illos aptari possunt qui spe  
da culorum fallacium delectatio  
ne capiunt.

**Nicolaus** Cōse  
tur. **Nicolaus** quen  
sequenter ostenditur magnitudo  
mysterij incarnationis christi ai  
dicitur. **M**ulta fecisti tu domine  
deus meus mirabilia tua. mundū  
creando a gubernando. sed ma  
ius fuit mirabile satis ip̄ suz recre  
ando p̄ tuā bñd̄ictā incarnationem

et passionem. Ideo sequitur Et cogitationibus tuis quibus ab eo non disposuisti misterium incarnationis tue non est qui similis sit tibi quasi dicat hoc mirabile excedit omnia mirabilia tua. Transactio hebraica habet et cogitationes tue pro nobis quia sunt cause nostre salutis. **Cassiodorus** <sup>9</sup> nus predicavit sancta mater ecclesia. Nunc audiamus dominum salvatorem dicentem. **Annunciaui** per prophetas me venturum in carne Et locutus sum. Personaliter hoc fecit cum inter nos conuersatus euangelizauit. Abdiditque multiplicati sunt super numerum quia scilicet super calculum beatorum multiplicata est turba peccantium. Designat enim tantum illos in libro uenientium scriptos qui illi iherusalem superne predestinati esse noscuntur. Unde bene dicit christi predicatione multiplicatos super numerum. **Gregorius** <sup>xxv</sup> <sup>o</sup> **mo** <sup>lium</sup> Quia multis ecclesiam intrantibus hi ad fidem spiritus ueniunt qui a numero regni celestis excluduntur. Die enim fidelibus per confessionem christiani nominis admixti sunt si propter vitam reprobam illic numerati in sorte fidelium non merentur. **Nicola** <sup>die</sup> misterii incarnationis ratio et hoc in persona christi quia propheta transit de corpore ad caput per modum supra dictum. Unde dicit **Acti**

**ficiam**. Circa quod est sciendum quod una causa huius benedictionis in incarnationis fuit ad suppleendum legis imperfectionem per ipsum christum incarnatum propter quod ipse dicit. **Matth. v.** Non ueni solvere legem sed implere. In lege autem erant aliqua precepta ceremonialia de sacrificijs et oblationibus offerendis. Hec autem sacrificia erant imperfecta quia non poterant auferre peccata quia ideo illa imperfectio sublata fuit per unum sacrificium perfectum scilicet per corpus christi in cruce oblatum quod succedit omnibus sacrificijs ueteris legis. Et hoc est quod dicit apostolus ad hebreos decimo. Impossibile est enim sanguine taurosum et hircorum auferre peccata. **Idem** ingrediens mundum scilicet dei filius per suam incarnationem dicit hostiam et oblationem non uoluit. corpus autem aptasti michi id est corpus passibile aptum immolationi. Et hoc est quod dicitur hie licet uocabula sint mutata quia christus a apostoli non semper allegauerunt scripturas ueteris testamenti de uerbo ad uerbum. Dicit ergo in persona christi hominis loquens deo patri uel toti trinitati. **Sacrificium** quod fiebat de animalibus et de aribus et oblationem que fiebat de pane simula, oleo a similibus non uoluit quia talia non erant deo accepta de se sicut est corpus christi quod quotidie offertur in altari sed tamen ex fide offerentium Autres autem precepsi michi apostolus ad

hebreos et translacio romana dicit Corpus autem aptasti mihi ut dictum est. tñ est eadem sententia quia cum dicitur aures aures; perfecisti mihi id est aures perfectas ad obediendum.

**Hugo** Quia sic dicitur. **Hugo** verbum aptatur auri sic christus fuit obediens patri usque ad mortem crucis. Et subdit adhuc ostendens quod sacrificium veteris legis non fuit cum dicitur hoc est corpus meum quod erat quoddam genus sacrificij quod totum incendebatur in altari ad honorem dei pro peccato id est hostiam pro peccato cuius una pars incendebatur et alia erat sacerdotum non postulasti quia talia non fuerunt de se deo accepta ut dictum est tunc dixi lego christe Lece xmo ad offerendum acceptissimum sacrificium deo id est corpus meum in ara crucis.

**Callio** Huius aduentus testimonium trahit de scriptura dicendo ad patrem In capite libri Huius psalmo scriptum est de me In primo psalmo ut facerem voluntatem tuam De sideravit enim eius facere voluntatem qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit in cathedra pestilencie nisi sedie et de malis aduersariis.

**Nico** Propter quod ipse dicitur Joh. vi. Propter hoc descendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris. Et quia voluntas delibata christi hominis sepe erat diuine voluntati conformis

Idem subditur deus meus volui In quo virtutem penitencie declarauit ut diceret preteritum quod constabat esse venturum et legem tuam supple habui in medio cordis mei Manebat enim lex diuina in medio cordis ipsius dum in lege domini fuit voluntas ipsius et in lege eius meditabitur die ac nocte Idem augustinus et collator Hunc versiculum Jeronimus sic exponit In capite libri scriptum est de me Caput libri veteris testamenti tale sumit exordium. In principio fecit deus celum et terram id est in christo domino hoc mysterium cernens iohannes sic euangelium inchoauit. In principio erat verbum et verbum erat apud deum. Quia ipse interrogantibus iudeis quis esset respondit Principium Caput ergo libri intelligit principium quod est christus ihesus qui in hoc libro capite nunciatus est ut facerem voluntatem tuam deus meus volui Non est voluntas carnis sed patris ut pro vita omnium moriar et legem tuam in medio cordis mei quod non veni soluere sed ad annuncia implere. **Nico** ui per apostolos meos iusticiam tuam id est legem euangelicam que docet perfectam iusticiam. id est penitentiam que iustificatur homo vnde Matth. x. dicitur penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum In ecclesia magna per totum orbem diffusa.

**Jeroni.** Gras tibi ago salua cor: mundi que magna

fecisti ecclesiam tuam a quatuor mundi partibus euangelica predicatione vocatam. tua passione collectam. tuaque resurrectione mundatam.

**Nicola**. *L* Ecce labia mea non prohibebo. Ja promulgatione veritatis euangelice per me et alios doctores ecclesie.

**Glosa**. *L* Domine tu scisti. quod sic faceret nec fui piger ad predicationem. **Jeronim**. *L* qua tuam. id est mandata tua. *L* non abscondi in corde meo.

**Nicola**. *L* quod christus eam manifestavit verbis et exemplis. *L* veritatem tuam. *L* quia implesti. promissum de christo patribus factum. *L* et salutare tuum. *L* id est memet ipsum a te missum pro salute hominum. *L* dixi. *L* Omnia ista christus docuit manifestare ut patet ex de cursu euangelij. **R**on abscondi misericordiam tuam. *L* quam per me mundo voluisti facere. *L* et veritatem tuam. *L* quia misericordia et veritas semper concomitantur in operibus dei. *L* a consilio.

**Hugo**. *L* id est pro multo. *L* ter timorem consilii multi id est congregationis magne. non dimisi quin predicare misericordiam tuam et docere homines venire ad te per vias tuas.

*Quia* vniuersae viae domini misericordia et veritas.

**Augustin**. *L* Vis audire misericordiam domini. recede a peccatis. *L* peccata tua. *L* Vis audire veritatem domini. tene

iusticiam et coronabitur iusticia. *M*odo enim misericordia predicatur. postea veritas exhibetur. cum congregabuntur ante eum omnes gentes et bonos vocabit ad regnum et malos in ignem eternum mittet. *Q*ui misericordiam dei contempserit. veritatem senties. *S*i autem non contempserit. veritate gaudebit.

**Nicola**. *D*einde describitur ipsius christi deuotio de peccato pro statu corporis sui mistici. *E*t primo quantum ad amotionem mali. *V*nde dicit. *C*u autem domine. *D*eus pater. *L* ne longe facias miserationes tuas a me. *I*d est a corpore meo mistico. *V*ide licet a fidelibus meis pro quibus legitur christus frequenter orasse in euangelio. **Jeronimus**.

*L* misericordia tua. *L* qua dimittuntur peccata. *L* et veritas tua. *L* pro quibus rebis diuini cuique quod fecit.

**Nicolaus**. *L* semper susceperunt me. *L* orationem meam semper exaudiendo. *E*t causam sue deprecationis subdit dicens. *Q*uonia circūde deum me mala. *S*cilicet peccata. *L* quorum non est numerus. *A*pud homines. *M*te enim penalitates fuerunt inflatē christifidelibus in principio ecclesie ut patet in apostolo a martiri.

**Hugo**. *L* propter deum me b. *H*ugo iniquitates mee. *I*d est meorum. quia propter peccata ipsorum in contumacia sua puniuntur. *Q*uod iheremias profetia tenent. *I*ij. dicens christus dominus

captus est pro peccatis nostris a  
psalmista ait Que nō rapui tunc  
erohie **Cassiodor** **Let**  
bam. **Cassiodor** non  
potuit videre] quia circumdan  
tibus me iniquitatibus meis nō  
potui facere ut te videre m.

**Hugo** **Multiplicate sū** ]  
salicet iniquitates  
in membris et pene in me] super  
capillos capitis mei] quasi dicat  
Infinite **Augustin** Quis  
fuerunt **Augustin** nume  
rat capillos capitis mei. mltō ma  
gis peccata que excedūt numerū  
capillorum minuta videntur sed  
multa sunt **Precauisti magna iā**  
non facis adulterium homicidiū  
furtum non blasphemias non di  
cis falsum testimonium a vide ne  
arena minuto rum peccatorum op  
pūnais. **Et** ] ppter peccata mea  
] **Cor meum dereliquit me** ] id est  
non est idoneū ad cognoscēdū se

**Cassiodo** **Cor vero nos de**  
] relinquit quan  
do peccatis egeum pro futura nō  
a p **Jeronim** **Quando**  
] tit. **Jeronim** homo pec  
cat cor suum non habet. **Vnde da**  
uid dixit. **ij. reguz. vij.** Inuenit ser  
uus tuus cor suum ut oraret te. **Et**  
go antea quando peccauit nō ha  
buit **Hugo** **Ostēdis misere**  
] illis. **Hugo** rñs petit chri  
stus fideles suos liberari dicens  
**Complacrat tibi domine** ] v me  
cum: qui cupio liberari tibi place  
at] **ut eru** **Nicola** id est cor  
as me.] **Nicola** pus m:

um misericā a mal' **Glosa.**  
predicis.

Et nota q dicit cōplacrat non d. f  
fides de potēcia dī si assit vltas.

**Augustin** **Tanq̄ si dī. Et**  
] **Augustin** si vis potes me  
eruerē sicut in euangelio dicitur.  
**Si vis potes me mūdare** ] **domine**  
ad adiuuandum me respice.]

**Cassi** **vt intelligamus respe**  
] **Cassi** dum ip sius nostruz cē  
presidium sicut est illud euāgelij  
Respexit petrum et fleuit amare.  
**Aliter enim liberari non possum**  
] nisi nos diuinitas ppiciata respici  
at. **Demde dominus saluator op**  
] tat confusionem a emēdacōem  
impis: a leticiam deuotis petit p  
uenire.]

**Hugo** **Confūdant** ]  
] dicens **Hugo** se peccasse cō  
] fusione bona de qua dicitur **ecclē.**  
] **iiij.** **Est confusio abducens gratiā**  
] a gloria] **Et reuerantur** ] id est  
] timeant penam quam meruerūt.

**Cassiodo** **Simul** ] id est  
] sicut persecuti  
] sunt ita et predestinati conuersio  
] nis munere liberentur] **qui quāt**  
] **animam meam** ] ab morte] **vt au**  
] **ferant eam** ] me occidendo] **Huer**  
] **tantur retrorsum** ] a vltatibus  
] suis prauis ne c in malo opere per  
] seuerent qui si confusionem paci  
] antur: euadunt. si mūdi leticia p  
] freantur intereunt] **a reuerant** ]  
] id est timeant deum a penas pec  
] catoribus patas] **qui cogitant mi**  
] **chi mala** ] iudeorū sigt improbas  
] voluntates quorum cogitationes  
] non erāt male dño sed actribus  
] o. ij.

fuis. **V**erant lib est portent qua  
si pondus immensum. Confestim  
confusionem suam. Lib est praua  
cogitationem. Confestim dicit ut  
cum peccare ceperint ne longius  
progre diendo periculosius ingra  
ueatur malum eorum. Qui dicunt  
mibi. Adulatoie. Euge euge. Hic  
falsos arguit adulatores q plus  
nituntur adulando decipere q pos  
sunt vitupationibus sauciare. **E**  
uge quidem verbum precomiale est  
sed cum recto animo non profertur  
ad derisionem trahit inferenda  
**J**eronim? duos hostes  
scilicet adulationis et blasphemacia  
**C**assio. Sicut enim immi  
nis. eos suos confun  
di petunt qui cum falsis laudationi  
bus iridebant. Ita deuotos optat  
veraciter gaudere qui spem suam  
noscauntur in domini maiestate po  
suisse. **V**nde **N**icola. **E**rit  
dicie. **N**icola. tent et  
letetur super te. Deum patrem vel  
totam trinitatem; de bono quod da  
turus es eis. Omnes querentes te.  
per fidem et operationem. La dicant  
semper magnificetur dominus. De  
bonis. **C**ass. Hec est enim pro  
fuis. **C**ass. fessio que in eternis  
gaudens efficit christianos qua  
sententia pascebatur. **J**ob. qeant  
afflictione corporis grauer sauci  
atus dicendo. Dominus debet. do  
minus abstulit sicut domino pla  
cuit ita factus est sit nomen domi  
ni benedictum. Sed ne hac exulta  
tionem quibus aing credens. con

cedendam abdidit. qui diligunt sa  
lutare tu. **N**icola. videlicet  
um. **N**icola. me chri  
stum quem misisti p salute homi  
**C**assiodor. Me diligunt  
qui me spiri  
tali dilectione perquirunt et ma  
batis meis suauiter obsequuntur.  
**P**ost q leticie muneribus dixerat  
esse complendos qui deitatem verbi  
diligere voluissent ne sibi quispi  
am meritum et gloriam vendica  
ret dominus christus ex forma hu  
manitatis assumpte loquitur dicens  
**E**go autem mendicium sum. que  
rens ab alijs elemosinas et neces  
saria quibus humanitas eget sub  
ueniri. **E**t pauper. **S**ed ne istam  
paupertatem vilem abiectamq iu  
dicares abdidit. Dominus solici  
tus est. **H**ugo. qui ait. **M**at.  
mei. **H**ugo. iij. dicit. An  
geli accesserunt et ministrabant  
ei. cui dicit pat. hic est filius me  
us dilectus in quo mihi placui.  
**C**assiodorus. **O** paup  
tate; tix  
zauris omnibus ditiozem. **P**aup  
enim de nostro. diues de suo est  
qui deo indigentiam humanita  
tis assumpsit ut abundancie sue  
nos faceret ee participes. **P**ostre  
mo de adiutorio et de protectione  
securus celeritatem necessariam  
petit dicens. **A**diutor meus et p  
tector meus es tu ne tardaueris.  
ut iam quia mors vitari non debu  
it salute resurrectione festina succederet  
**N**icolaus. **V**el potest ee  
oratio fidelis



aiusq; dicentis. Adiuutor meus  
promouendo me ad bonum. et p  
teator meus. Ipseruando me a ma  
lio. tu es deus meus ne tardaue  
ris. mihi in predictis assistere.

**Cassiodorus** Magnifica et sua  
uissim a uerba sen  
sus nostros medullitus itraueunt  
quando ipsum audiuius docen  
tem quem adoramus auctorem.  
Na licet vniuersos psalmos ma  
gno honore veneremur. nescio qd  
tamen dulcius accipitur cum ali  
quid de sancta incarnatione pfer  
tur. Omnis enim fidelis gratissime  
suscipit per quam noscitur esse li  
teratus. Et respice q ordine huius  
psalmi contectio disponatur. Pri  
mum loquitur ecclesia quasi rudes  
docens. quasi trepidos confortas  
quasi incompósitos preparans vt  
sequencia uerba domini saluatoris  
libenti animo salubriter populus  
preparatus. **Collec.** Ait enim.  
audiret.

**Collec.** Expectas  
expectaui dominum meum. Inten  
disti michi. multa beneficia largi  
endo. sollicitus es mei. in hac vita  
necessaria sub ministras et noxia  
resecans. dando consolans vt per  
maneam. au ferendo corripis ne  
peam. factus es adiuutor meus in  
bonis. et protector in aduersis. so  
lus tuus michi restat aduentus.  
quod tu te non video. te non possideo.  
mendicus sum et pauper nihil ex  
tra te michi sufficit qui es expecta  
cio et salus mea deus meus ne tar  
daueris qui es benedictus in se  
cula seculorum. **Amen.**

**Psalmus .xl.**

**B** **Eatus qui**  
**Hugo** **Secm**  
**Iero.**

Huic ps preponitur  
talis titulus. In finem intelle dunt  
filijs chore. Sepe i titulis psalmo  
rum fit mentio de filijs chore quia  
licet chore propter ambicionez su  
am pterit vt legitur numeri .xvi.  
tamen quidam de suis filijs mali  
ciam illius non sunt imitati a da  
uid in ministerium domus domi  
ni sunt assumpti. Donuntur enim  
in titulis psalmorum maxime pro  
pter nominis interpretationem  
Chore enim caluaria interpretat  
in quo loco crucifixus est dominus  
et filij chore specialiter imitatores  
dicuntur passionis domini. Vnde  
is est sensus tituli prebidi. Intelle  
ctus huius psalmi tendens in fine  
videlicet in christum attribuitur  
filijs chore id est imitatoribz pas  
sionis christi monens nos vt chri  
stum dominum egenum a paupe  
rem credamus esse verum deum.

**Nicola** **Dauid enim q plu**  
**ra misteria christi**  
**sciuit q alij prophete preuidens i**  
**spiritu christi passionem et resur**  
**rectionem fecit hunc psalmum. Et**  
**quia christi passio incipit a pau**  
**peritate sua quaz cepit pati ab ho**  
**ra natiuitatis. quoniam in paup**  
**eritate fuit natus vt pote de matre pau**  
**pere. in paupere loco. a pauperibz**  
**o. iij.**

pannis inuolutus. Et similiter in paupertate fuit mortuus utpote suis vestibus spoliatus et in alieno sepulchro positus de quo paupere dicit propheta.

**G**ratius lib est felix qui intel-  
git lib e intus legit ita qd sibi  
paupertate quam gessit in forma  
nostre humilitatis credit p fidem  
caritate formatam diuicias sue di-  
uinitatis quas dabant intellige-  
re opa diuine virtutis q faciebat

**Jeronim<sup>9</sup>** Beatus ergo  
qui intelligit  
id est vt credat eum verum deum  
et verum hominem esse.

**Hugo** et quia christus eti-  
am pauper et egen<sup>9</sup>  
est in suis membris sicut dicitur<sup>9</sup>  
est in iudicio. **Math. xxv.** Nudus  
fui et cooperuistis me. **Thurinus** a de-  
distis michi cibum etc. **Idcirco** co-  
grue predicatur **Beatus** q intelli-  
git **L. super egenum et pauperem.** p  
elemosine largicionem.

**Cassio** quia sicut aqua exti-  
nguit ignem ita ipsa  
legitur extinguere peccatum. **Sed**  
aduerte q dicit intelligit vt etiaz  
non petentibus talibus offeratur  
**Na** qui petenti tribuit bonum opus  
efficit; qui vero tacentem intelligit  
beatitudinem sine aliqua dubita-  
tione conquirat. **Sed** licet multi pa-  
tres de elemosina humani gene-  
ris reconciliatrice. plura conscrip-  
serint. oritur tamen in eis de hoc  
articulo nonnulla dissensio. **Legit**  
enim. **Omni petenti te tribue.** **Scri-**  
ptur est etiam **desudet elemosina**

in manu tua donec iuenias iustum  
cui eam tradas. **Sed** si omnes in-  
stos querimus impatam cōstrin-  
gimus largitatem **Verum** hec cā  
in sola pia voluntate consistit qā  
non est nostrum prius mores di-  
scutere et sic indigencie subuenire.  
sufficit nobis vt nos dare aliquid  
mal' artibus nesciamus. nec opi-  
niones hominum optando elati  
elemosinam largiamur. sed ope-  
mur solo affectu subueniendi qd  
nos supra omnia precipit diuini-  
tas itueri. **Qui** sic dederit a si iustis  
non det. iuste tamen omnibus ero-  
gabit. **Sed** maior opera danda ē  
vt sanctis viris in aliqua indigē-  
cia subuenire debeamus propter  
christum dominum nostrum; qui  
de pauperibus suis in iudicio pro-  
prio dicitur est **Quodcumq; vni**  
ex minimis istis fecistis: michi fe-  
cistis. **Quis** enim dici potest sub-  
limius quib' re gloriosus. quan-  
do aut ipse pretermisus in igne di-  
rigent. aut remunera ad dextrā  
nos colloca

**Hugo** **Qui** er-  
bunt. **Hugo** **go** intel-  
ligit super christum egenum per  
fidem sue diuinitatis vt dicitur est  
aut per cōpassionem ad proximū  
**Lin** die mala liberabit eum domi-  
nus. **Hoc** est in die iudicii que est  
dies ire dies tribulationis et angu-  
stie. dies calamitatis et miserie vt  
dicitur sophonie primo.

**Jeronimus.** In qua iude  
os meredu-  
los non intelligen-  
tes damnabit xps **Nicola**

Talemq; fidelem et misericordem  
 ut dictum est liberabit dominus de  
 potest ate inimici. **D**ominus cōser  
 uet **Cassiod** Peticio ista p  
 eū. **Cassiod** phete certa p  
 missio est. **C**ōseruet. **D**ixit id est in  
 ter mala seculi perire non faciat s;  
 ad eternam retributionem illesū  
 sancta conuersatione pducatur. **E**t  
 uiuificet eum. **V**iui proprie illi dī  
 cuntur qui se a christiana fide nō  
 diuidunt. Nam de illis qui in erro  
 re versantur dictum est. **S**ine mor  
 tuos ut sepeliant mortuos suos.  
 Ergo uiuificet eum id est faciat il  
 lū inter electos i suauuere pōtōe  
**Nicola** **E**t beatū faciat eū  
 in terra. **V**iuentiu  
 in qua est beatitudo uera. **E**t nō tra  
 dat eum in animam. **L**ib est ad uo  
 luntatem et desiderium. **L**imicōz  
 eius. **V**idelicet demonum.

**Jeronim** qui credulitati  
 nostre semper  
 inimici existūt. Et ne beatum istū  
 putares in hoc mundo in cōcūstaz  
 equiem possidere consequē sub  
 iungit. **D**ominus opez ferat illi su  
 per lectum doloris eius. **H**oc ē ad  
 iutorium prestat illi i infirmitate  
 car. **Nicola** **C**uz iacuerit su  
 mis. **Nicola** per lectum affli  
 ctus dolore capitis vel membri.

**Cassiodorus** **L**ectus  
 em no  
 bis datus est ad quietē in quo se  
 hominum fessa membra rōueāt  
 sic et ille qui matrimonium oqui  
 rit. vxorez sibi copulat. filios pro  
 creat qui amicitias parat quasi i

quobaz lecto delectationis gratia  
 conuiescit. **S**ed et hec frequē r  
 seruis suis amara et doloribz ple  
 na dominus facit ne spes suam po  
 nentes in temporalibus rebus fu  
 tura tō non appetant. **A**ddiditq;  
**Hugo** **M**utās modū loquē  
 di de tertia psona ad  
 scdām. vnde dicit **L**uniuersū str  
 tum eius. **L**id ē vniuersam carnis  
 requiem. **V**ersasti. **L**id est conuer  
 tisti. **L**imicōz **Gregori**  
 tate eius. **G**regori  
 xiiij. moralium. **A**c si apte diceret.  
**O**mne quod sibi hic parauit ad  
 equiem. hoc mutasti ei occulto iū  
 dicio ad p̄urbacionē. **Q**uod pio  
 quidem consilio agit ut in hoc pe  
 grinationis tempore electorum vi  
 ta pertu **Cassiodo**. **Q**uati  
 betur. **Cassiodo**. nus h  
 diuersis calamitatibus afflicti eē  
 ne beatitudinis requiem cōsequā  
 tur sicut factum est in **J**ob cui hu  
 ius seculi bona in infirmitatem cō  
 uecta sunt. **S**ed in te felicior existit  
 quia se illi prosperitas mundana  
 subtraxit. **Q**uo circa talibus rebz  
 rogat opem ferre dominuz. ne hu  
 mana fragilitas duris laboribus  
 pressa supetur. **E**t quia istas core  
 ctōnes agnoscere debet homo pro  
 pter peccata sua se pati. cōuertat  
 se et dicat quod sequitur.

**Hugo** **A**go dixi domine  
 misere mei. **q**z con  
 fiteor me miserum propter pecca  
 tum quod est morbus animaruz  
**L**ana animam meam. **I**ndulgen  
 do michi peccata mea.

## **P**salms

**Jeronimus** Quia peccavi tibi lego me accuso pro peccatis meis.

**Cassiodorus** Hactenus pro plura de beatorum afflictione locutus est nunc consequenter dominus salvator de sua passione dicitur est ut cum famuli dei diversis casibus affliguntur non se ad credant esse derelictos quando christum dominum talia pertulisse cognoscant

**Nicolaus** Inimici mei dixerunt mala mihi quia iudei dixerunt ei frequenter vituperia sicut patet Johannis viii. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es et domonium habes. Quando morietur et peribit nomen eius. Frequenter enim tractaverunt de christi morte ut sic paret memoria nominis eius. Et si ingrediebatur. Dic mutatur si militer modus loquendi de plurali ad singularem quia scriptura frequenter loquendo de pluribus in plurali transit ad loquendum de illis quasi de uno. eo quod sunt coniecti ad aliquod unum. maxime in scripturis prophetarum. et sic dicitur

**Et** si ingrediebatur. videlicet quilibet de inimicis meis. ut videtur. In me docentem et conuersantem si posset me reprehensibilem inuenire. Vana loquebatur quia falsa ad meam diffamacionem. cor eius congregavit iniquitatem sibi. quia frequenter in dei posuerunt

## **M.**

invidias christi ut eum caperent in sermone vel in aliquo reprehensibili facto vel de iuda hoc intelligitur qui tractando cogitationibus de morte christi congregavit iniquitatem. **Hugo** Qui congregavit iniquitatem in corde de tradicione domini

**Et** crediebatur foras ad principes sacerdotum ut prohibitionem in corde conceptam perageret. Et loquebatur in idipsum. Hec est iniquitatem quam conceperat in corde effudit in locutione sicut dicitur Mat. xxvi. Qui abiit ad principes sacerdotum et ait illis. Quid vultis michi dare ut ego vobis eum tradam. Et ne mors christi soli inde imputetur vide quid sequitur.

**Nicolaus** Aduersum me susurrabant. Inimici mei. scilicet scribe et pharisei. Aduersum me cogitabant mala mihi. scilicet mihi inferendo mortem contemptibilem et dolorosa.

**Cassiodorus** Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Id est de creuerunt atque sententialiter locuti sunt pylato. Si hunc dimittis non es amicus cesaris.

**Nicolaus** Vel constituerunt verbum iniquum quando ordinaverunt christum mortuum in sepulchro custodiri ne discipuli eum tollerent et dicerent eum surrexisse ut habetur

**Psalm⁹**

**Matth. xxvii.** Nunquā qui dormit  
id est qui iacet mortuus in sepul-  
cro non adiciet ut  
refurgat. q̄ si dicat. **Hugo.**  
Sic me inefficere festinabant qua-  
si post mortē resurgere nō haberē.

**Cassiodorus.** imo adi-  
cē potuit  
ut protinus resurgat sicut in euā-  
gelio dicit. Potestatem habeo po-  
nendi animam meam et potestatem  
habeo iterum sumendi eam

**Item** homo pacis mee ī quo  
speraui. **Nicola⁹** Quasi dicat  
iū. **Christus.** Nō  
est mirum si iudei qui erant inimi-  
ci mei talia dicebant cōtra me. qz  
etiam discipulus meus michi fa-  
miliaris contra me conspirauit cū  
eis scilicet iudas scarioth. et hoc ē  
q̄ dicitur. **Item** homo pacis  
mee. **scilicet** habitans pacifice  
in quo speraui. id est in quo oī-  
di q̄ confiderem in eo scilicet in hoc  
q̄ portabat et custodiebat illa q̄  
ex deuotione offerebantur pro ne-  
cessitatibus christi et discipulorū  
suorum ad dandum pauperibus  
ut habetur. **Iohannis. xiiij. et. viij.**  
et **qui** edebat panes meos. **dicit**  
panes in plati quia iudas cū ali-  
is discipulis in cena domini dupli-  
cem panem manducauit scilicet  
corporalem et sacramentalem; qui  
corpus christi cum alijs sumpsit  
magnificauit super me supplan-  
tationem. **tradendo** me iudeis ad  
hoc q̄ essem totalit̄ deiectus a sup-

**xl**

plantatus per mortem. sed nō ha-  
buit intentū suum quia christus  
p hoc magis habuit exaltationē  
tercia die resurgendo. **Tunc** enim  
dixit. Data est michi omnis pote-  
stas in celo et ī terra. **Exposita** pas-  
sione christi consequenter agitur  
de eius resurrectione cum dicitur ī  
persona christi hominis ad patrē  
**Autem** domine. **pater** mi-  
serere mei. **ut** non dimittas diu  
animam meam in inferno et cor-  
pus meum in sepulcro. **et** resusci-  
ta me. **animam** meam corpori re-  
uniendo quod factum fuit tercia  
die quando resurrexit in corpe glo-  
rioso. **et** retribuam eis. **Illud** fuit  
impletum quando populus iudai-  
cus fuit occisus et captiuatus per  
romanos propter peccatum quod  
commiserat in christum sicut pre-  
dixerat christus **luce. xix.** **Videns**  
iesus ciuitatem sanctam iherusa-  
lem fleuit super eam dicens quia  
si cognouisses et tu scilicet mala  
ventura tibi similiter. **In** hoc co-  
gnoui quoniam voluisti me. **id ē**  
dilexi. **Cassiodorus.** **ut** voluisti. **audisti.**  
glorificare vel ex-  
altare me. **quoniam** nō gaudebit inimi-  
cus me⁹ super me. **scilicet** popul⁹  
iudaicus. **Ad** hoc enim voluerunt  
iudei occidere christum ut nomen  
eius penitus de terra deleterent. **Sed**  
illa que disponebant nullatenus  
impleuerūt. videt enim nomē ei⁹ ubi  
q̄ celebrimū eēt meo gaude nō  
possint quibus t̄z contraria pro

uenerunt. **Ne** autem propter in  
nocentiam fu  
sepisti.] **Nicolaus.**

Licet christus non meruerit glori  
am anime sue quam habuit ab  
instanti conceptionis tamen me  
ruit gloriam corporis et suam ex  
altatione n. a quantum ad hoc di  
cit. me autem propter innocenci  
am. id est propter meritum ino  
centis vite. suscepisti.] corpus glo  
riofum michi conferendo et in eo  
dem ad te assumendo scdm q dicitur  
Matth. ultimo. Et dominus q  
dem ihesus post q locutus est eis  
assumptus est in celum.

**Cassiodo**  
Vere sancta innocencia. vere sim  
plicitas. vere humilitas beata vt  
tot mala passus nulla se cōfencō  
ne defendere placato animo ibat  
ad crucem. tranquilla mente mori  
turus. omnia verba que predicta  
sunt per prophetas integra verita  
te compleuit. dohuit casibus perse  
quentium. et in cruce positus pro  
inimicis suis demetissimus exora  
uit quomiam hoc et a fidelibus fa  
ciendum de creuerat. et merito de  
dic preceptū qui premisit exēplū.

**Hugo** Et quia susceptō cor  
poris christi in celū  
est stabilis ideo sequitur. Let con  
firmasti me in conspectu tuo.] scili  
cet gloria ipassibilitatis a immor  
talitatis. in eternum.] id est in eter  
na beatitudine ubi se ret ad dexte  
ra; dei. Sequitur vox prophete gra  
cias agentis de christi resurrectō  
ne. **Benedictus dominus deus isra**

tel. id est christianorum vidētiū  
deum per veram fidem. in seculo.]  
ab inicio mundi. et in seculum.]  
futurum id est in eternum sit bene  
dictus. fiat fiat.] Seminatio in nu  
it certu. **Nicola** in hebreo  
dinem. **Nicola** autē; ha  
betur. Amē amen. quod importat  
veritatis confirmationem.

**Jeronim⁹** Quod Aquila  
vere siue fideli  
ter transtulit. Et sciendum p̄mu  
librum psalterij hic esse finitum.  
Scdm vero esse a. xli. psalmo vsq  
ad. lxxij. Tercium a. lxxij. vsq ad.  
lxxxvij. Quartum ab. lxxxvij. vsq  
ad. C. Quintū a. C. vsq ad finē.

**Cassiodo** Licet enim pro  
uitate videlicet. fiat fiat.] quod est  
hic et in. lxxi. siue in. lxxxvij. vel.  
C. positum putauerunt aliqui ex  
positores in quinq libros psalte  
rium esse diuidentum. eis tamen  
in hoc non est cōsentiedum. quom  
iam in actibus apostolorum n̄  
legitur esse liber psalmoz. In p̄n  
cipio huius psalmi beatus dauid  
per elemosinas sanctas moralem  
nos docuit disciplinam. secundo  
per passionem suam dominus na  
turales semitas ibicauit. Tercio  
resurrectionis miraculo inspe diua  
nos claritate compleuit vt celestis  
phie veritas tribus partibus nar  
rata constaret. Vnde huius psal  
mi suscepto beneficio magna exul  
tatione dicendum est. benedict⁹  
dñs de⁹ isrl a seculo vsq i seculū fi  
at fiat.] Cui in emitate p̄cā ē honor

et gloria in secula seculor. Amē.

**Psalmus. xli.**

**Demadmo**

Titulus huius ps̄  
talis est. In finem i  
tellectus filijs chore

Hic titulus in precedenti psalmo  
est expositus sicut ibi dictum est.

**Castiodor**

Chorē hebra  
ice. dicit cal  
uarie latine Quapropter filij cho  
re merito dicuntur qui tanq̄ glo  
riofissimum tropheum celestis re  
gis & signaculū crucis suscipe me  
ruerunt. Et ideo psalmus hic om  
ni conuenit christiano qui amore  
domini flamma dominice dilectio  
nis accenditur sine qua totum ab  
iectū est quicquid in humanis pu  
tatur eximium. sed in illis nomini  
bus scilicet chore illud meminisse  
delem? quod **Jeronimus** ait Om  
ne psalterium sagaci mente plu  
strans nusq̄ inuenio q̄ filij cho  
re aliquid triste cantauerint Sem  
per enim in psalmis eorum leta sūt  
a iocunda. secularibusq; contum  
ptis celestia et eterna desiderat cō  
gruentes interpretationi nomis  
sui **Filius** ergo chore id ē quilibz  
christianus fidelis prima confes  
sione psalmi huius omne desideri  
um mentis sue ad dominum asse  
rit esse trāslatus. s.  
**Q**uem rit esse trāslatus. s.  
admodū. Trāslatio rōna  
habet Hic ceruus desiderat ab fon  
tes aquarum ita desiderat anima

mea ad te **Hugo** **Notandū**  
deus. q̄ i glosa  
dicitur q̄ ceruus semo grauatus  
extrahit naribus vel flatu suo ser  
pētem a ca **Castiodor**  
uernis.

quem cum vorauerit veneno estu  
ante per motus ad fontes aquarū  
quanta potest velocitate festinat.  
Amat enim aqua dulci plurimaq;  
sacari **D**uius decora comparacō  
nostrum desiderium ardentē insti  
gat vt quando venena ātū qui ser  
pentis haurimus. ac ceno fornicā  
cionis aliorumq; viciorum estua  
mur. ad fontē diuine misericordie  
ilico festinemus quatinus quod  
peccati aduersitate contrahitur.  
dulcissimi haustus puritate vni  
eatur **R**ecyacet q̄ ad fōtes aqua  
rum dixit et nō ad aquas. **F**ons  
enim aquarū christus dominus  
est vnde omnia fluunt quecūq; re  
ficiunt. **F**luēta enim plerūq; sicca  
ri possunt. fons autem aquarū sem  
p̄ irriguus est **V**nde merito dictū  
est ad liquorez sacre originis festi  
nandum vbi desiderium nostrum  
nunq̄ possit habere ieiunium.

**Hugo** **S**ituit amia mea  
id est summe deside  
rauit **Ab** **I**videndum **L**teum fontē  
vium **I**a quo omnia tō fluunt.

**Jeronimus** **L**quando ve  
niaz. **I**id est  
quando erit illud tempus resolu  
cōnis corpis mei qn̄ cū pondere p  
nuncianduz ē et vt videatur gūis  
esse dilacio **L**et apparebo ante faci  
em domini. **L**id est ante conspectū